




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
24 G
31

IOAN. LVDOVICI GANSII
D. MEDICI FRANCO-
FVRTENSIS

CORALLIORVM HISTORIA,

Editio nova ex variis Auctoribus aucta.



FRANCOFVRTI,
Apud HERMANNUM à SANDE
M. DCLXIX.

In Malevolum.

Crine ruber librum fertur mihi capere, quis sit
Nescio: si sciero, væ tibi crine ruber.



NOBILISSIMO, ET ANTIQVA GENERIS PROSAPIA

incluto,

DOMINO

IOHANNI IOACHIMO

Edlinger zum Gleinhofen / equiti Carinthio, Patrono meo officiosè colendo S.P.



DVAS *ob caussas*, NOBILISSIME ET STRENVE DOMINE, *corallium mihi videtur supra cæteros Naturæ partus eminere, & sui admirationem nobis excitare, nempè ortum ejus & vires. Ortum si spectemus, mirabile memoratu est, quod illud in imo maris in modum fruticis aut herbæ abjectissima natum in ramulos diffundantur, &*

ubi maturitatem assequutum est, ex aquis emersum, aeris temperiei expositum, & cœlesti lumine perfusum, subito lapidis duritie firmetur, & in gemmam nobilissimam evadat. Quod igitur sub aquâ vilissimum fuit, in superas auras evectum pristinâ conditione mutatâ in summo habetur precio. Hujus similis est generis humani conditio. Etenim divinâ providentiâ sapius fit, ut homines infirmæ sortis, &, ut Catullus *loquitur, quibus*

----neque servus est, neq; arca,
Nec cimex, neque araneus, neque ignis,
Et qui vel silicem comesse possunt,

in amplissimo statu collocentur. Historiarum monumentis proditum est, Abdolonymum, *ob inopiam hortum exiguâ stipe colentem, & steriles eligentem herbas (cui paupertatis caussa, ut plerisq;, probitas fuerat) ab* Alexandro Magno *hortum fortè*

intrante

intrante subitò Regem salutatum, & indutum veste purpurâ auroq; distinctâ, in regali solio collocatum fuisse. Idem scilicet Abdolonymo *accidit, quod corallis evenire solet. Quod si plura à me exempla postulentur,* Agathoclem *patre ordidissimæ conditionis natum regios honores consequutum esse constat. Corallium quoq; statum universi cœtus Christiani refert, qui in his terris humi repens demissusq;, tandem in cælum sublatus æternâ beatitudine fruitur, ærumnarum suarum dulci solatio. Si vires coralii intueamur, divinæ sunt: & quas Natura sexcentis herbis dedit, in hoc uno existunt. Nam ut cæteras ejus potestates silentio prætercam, phthisi, podagræ, hydropi, pesti mederi; & agros fœcundos reddere, incantationes & fulmina propulsare dicitur. Quinetiam fixum est, ut Chymici loquuntur, id est, ignibus maximè repugnat. Spiritus quoq; ex illo destillando*

 elici-

elicitur, qui aurum & argentum ſolvit. Ea re quidam ſecretioris Philoſophiæ cultores permoti, id pro materia habere non dubitant, unde lapis philoſophorum & univerſalis omnium morborum medicina conficiatur. Valeant illi cum ſua materia. Ego verò coralliorum eſſentiæ & tincturæ intentus, non unam eorum libram Vulcano commiſi, neq; tamen lapidem Philoſophicum, aut illi quidquam ſimile inveni, quanquam talia quærere animum nunquam induxi, gnarus plurimos lapidem quærentes patrimonia ſua dilapidaſſe, & aurum ipſorum in auras evanuiſſe. Ob id arcanis & obſcuris illis Hermeticorum ſcriptis cautius incumbendum putavi, quòd compertum habeam complures, qui animum ad illud ſtudium adjecerunt, in eo tanquam apud Sirenum ſcopulos hærentes conſeneſcere. Hos cum eunuchis comparandos cenſeo, qui amatores maximi eſſe, ſed nihil valere di-

cun-

cuntur. Verum qui ſtudium chymicum ſic exercet, ut omnem laborem remediis optimis & probatiſſimis conficiendis impendat, is haud dubiè ſine adminiculo lapidis, ſi non auri acervos accumulare, tamen rem familiarem augere poterit. Hoc ipſum ego animo volvens, inter alia negotia hactenus in coraliis operam ponendam duxi. Dum ex illis remedia quædam paravi, ſimul autores varios percurrere, quicunq; ex uſu fuere, mihi libitum fuit. Itaque operæ precium me facturum putavi, ſi omnibus quæ de coraliis paſſim tradita ſunt, quæq; oculis meis vidi & manibus effeci, in hunc libellum congeſtis rem gratam atq; utilem mihi & quibus natus ſum, amicis facerem. Horum cum Te Principem eſſe, Nobiliſſime Domine, *& ſumma me benevolentia proſequi certus ſim, nefas habeam, niſi illum nomini Tuo conſecratum eam. Equidem amicorum & fautorum ſat habeo, qui ad promit-*

 tenda

tenda officia , ut mos est hujus seculi, promtissimi sunt, sed ubi opera ipsorum mihi opus est, frigent: Te verò inprimis patronum hujus libelli constituere ausus sum , quod inter alias virtutes tuas maxime candorem animi & germanam fidem perspexerim, tum quod medicamentis arte Chymica paratis uti consueveris, præcipuè ex coralliis, quorum incredibilem efficaciam jamdudum expertus es. Accipe igitur quicquid hoc muneris est, & ejus prospero usu valetudinem tuam diligenter cura , meq; solita benevolentia complecti perge. Dabam Francofurti ad Mœnum.

Tuæ Nobiliss. A. observantissimus

IOANNES LUDOVICUS
Gans Med. D.

IN CO-



IN CORALLLIORVM ET VNIOnum historiam

CL. V. D. IOH. LVDOVICI GANSII, MEDICI ET

Poëtæ incluti.

L*ittore Erythræo baccam quæ intermicat algas*
Nunc gemmam &, pelago quæ modò vimen erat,
Ganſiades *geminò ſeductus Apolline, vulgo*
Dum promis tenebris eloquioq́ polis,
Atque ea Phœbeis & Hygæie *munera templis*
Infers, & vires ingeniumque doces:
Adſuit ipſa tibi auxilio Natura, *&* Hygeia,
Et Venus, Oceanuſque, *&, puto,* trina Charis,
Inſpirare tuis certantes numina chartis,
Quiſq́ ſua, invidiam & ſæculaquîs ſuperent.

)(5 *Li-*

Limine & hæc primo, procul esto profane, *libelli*,
Edicit, sacer est, *Phœbus Apollo tuus*.

Mente & corpore juxta æger amicus amico negare tamen nequivi

SUFFRIDUS SIXTINUS
ICtus, Amsterdamensis.

Ad Virum CL.

Dn. IOANNEM LUDOVICUM Gans / *Medicinæ Doctorem, Tractatum de Coralliis edentem.*

SIc est quidem, nil scribitur, nil dicitur,
Scriptum priùs, dictumque quod non sit prius.
Cur ergo, *Ludovice*, de Coralliis
In publicum misso libello disseris?
An est futurus hic labor frustraneus?
Absit:

Absit : quod olim est omnibus laudi
datum
Quotcunque literariam ausi sunt suis
Rem promovere seriò laboribus,
Idem tibi auso, quæso, quî non sit quo-
que
Laudi ? laboris non nisi laus præmium
est.
Audacter ergo literariæ rei
Prodesse scriptis perge posthac pluri-
bus.
Pro publicatis quid meres Coralliis ?
Famæ corallâ sempiternæ dignus es.

Ad eundem.
Cento Virgilianus.

*Æn.4. Quid struis, aut quâ spe, rebus ser-
vate secundis, Æn.1.*
*Æn.4. Fundamenta locas? moliris laude
laborem? Æn. 4.*
*Æn.10. Extulit ardentem tantarum glo-
ria rerum Æn. 4.*
*Æn.10. Irritatq́ꝫ virum? tua si(mihi cer-
ta) voluntas, Æn.4.*
*Æn.4. Mens immota manet, rebus jam
ritè paratis, Æn.4.*

Æn.4. *Perficere est animus, factum fortuna sequatur.* Æn.4.

Æn.1. *Perge modo, invidiâ rumpantur ut ilia Codro.* Eclo.7.

Æn.12. *Autor ego audendi tantarum in munere laudum,* Æn.8.

Æn.1. *Perge modò, inceptumq́; unà decurre laborem.* Geor.2.

Æn.12. *Perge, decet, sunt hîc etiam sua præmia laudi,* Æn.1.

Æn.4. *Diis equidem auspicibus: nec te labor iste gravabit,* Æn.7.

Æn.3. *Ne dubita, feret hæc aliquam tibi fama salutem.* Æn.1.

Ecl.2. *Nec te pœniteat, olim meminisse juvabit.* Æn.1.

Æn.4. *Nam quid dissimulo, semper celebrabere donis,* Æn.8.

Æn.1. *In freta dum fluvii current, dum piscis amabit* Ecl.5.

Æn.12. *Fonteśq; fluviosq́;, polus dum sidera pascet,* Æn.1.

Ecl.5. *Dumq́; thymo pascentur apes, sol duplicat umbras,* Ecl.2.

Æn.1. *Semper honos, nomenq́; tuum, laudesq́; manebunt.* Ecl.5.

GEORGIVS SCHILE.

IN

IN CL. V. IOH. LVDOVICI Gansii de Corallis librum.

QVæ patria, unde genus, nitido vis quanta corallo,
Et quæ sit pulchri gratia, Iane, doces.
Ipsa suas arcta dotes Natura papyro
Occulit, ipsa tibi tam grave dictat opus.
Vilius hinc aurum est, hinc gemma rarior usus,
Et lapides mavult pulcra puella tuos.
Illius hunc labiis Mater dedit alma colorem.
Provocat hoc unum basia nostra decus.
Quare quicquid erit gemmarum auriq; nitentis,
His tuus includi debet, amice, liber.

Francofurti ad Mœnum
præscripsi in transitu

MARTINUS OPITIUS.



INDEX AVTORVM, *quorum operâ usus est autor.*

A.

C.

Cato.
Claudianus.
Cornelius Agrippa.
Conradus Cunradi.
Cornelius Celſus.
Camillus Leonardus.

D.

Daniel Sennertus.
Dioſcorides.
Diodorus Siculus.

E.

Encelius.

F.

Franciſcus Calceolarius.

G.

Galenus.
Gorræus.

ubi maturitatem assequutum est , ex aquis emersum , aeris temperiei expositum , & cælesti lumine perfusum , subito lapidis duritie firmetur , & in gemmam nobilissimam evadat. Quod igitur sub aquâ vilissimum fuit, in superas auras evectum pristinâ conditione mutatâ in summo habetur precio. Hujus similis est generis humani conditio. Etenim divinâ providentiâ sæpius fit, ut homines infirmæ sortis , &, ut Catullus *loquitur, quibus*

----neque servus est,neq;arca,
Nec cimex,neque araneus,neque ignis,
Et qui vel silicem comesse possunt,

in amplissimo statu collocentur. Historiarum monumentis proditum est , Abdolonymum , *ob inopiam hortum exiguâ stipe colentem , & steriles eligentem herbas (cui paupertatis caussa,ut plerisq; , probitas fuerat) ab* Alexandro Magno *hortum fortè*

intrante

intrante subitò Regem salutatum, & indutum veste purpurâ auroq; distinctâ, in regali solio collocatum fuisse. Idem scilicet Abdolonymo *accidit, quod corallis evenire solet. Quod si plura à me exempla postulentur,* Agathoclem *patre ordidissimæ conditionis natum regios honores consequutum esse constat. Corallium quoq; statum universi cœtus Christiani refert, qui in his terris humi repens demissusq; , tandem in cœlum sublatus æternâ beatitudine fruitur, ærumnarum suarum dulci solatio. Si vires coralii intueamur, divinæ sunt: & quas Natura sexcentis herbis dedit, in hoc uno existunt. Nam ut cæteras ejus potestates silentio prætercam, phthisi, podagræ, hydropi, pesti mederi, & agros fœcundos reddere, incantationes & fulmina propulsare dicitur. Quinetiam fixum est, ut Chymici loquuntur, id est, ignibus maximè repugnat. Spiritus quoq; ex illo destillando*

 elici-

elicitur, qui aurum & argentum ſolvit. Ea re quidam ſecretioris Philoſophiæ cultores permoti, id pro materia habere non dubitant, unde lapis philoſophorum & univerſalis omnium morborum medicina conficiatur. Valeant illi cum ſua materia. Ego vero coralliorum eſſentiæ & tincturæ intentus, non unam eorum libram Vulcano commiſi, neq; tamen lapidem Philoſophicum, aut illi quidquam ſimile inveni, quanquam talia quærere animum nunquam induxi, gnarus plurimos lapidem quærentes patrimonia ſua dilapidaſſe, & aurum ipſorum in auras evanuiſſe. Ob id arcanis & obſcuris illis Hermeticorum ſcriptis cautius incumbendum putavi, quòd cumpertum habeam complures, qui animum ad illud ſtudium adjecerunt, in eo tanquam apud Sirenum ſcopulos hærentes conſeneſcere. Hos cum eunuchis comparandos cenſeo, qui amatores maximi eſſe, ſed nihil valere dicun-

cuntur. Verum qui ſtudium chymicum ſic exercet, ut omnem laborem remediis optimis & probatiſſimis conficiendis impendat, is haud dubiè ſine adminiculo lapidis, ſi non auri acervos accumulare, tamen rem familiarem augere poterit. Hoc ipſum ego animo volvens, inter alia negotia hactenus in coraliis operam ponendam duxi. Dum ex illis remedia quædam paravi, ſimul autores varios percurrere, quicunq; ex uſu fuere, mihi libitum fuit. Itaque operæ precium me facturum putavi, ſi omnibus quæ de coraliis paſſim tradita ſunt, quæq; oculis meis vidi & manibus effeci, in hunc libellum congeſtis rem gratam atq; utilem mihi & quibus natus ſum, amicis facerem. Horum cum Te Principem eſſe, Nobiliſſime Domine, *& ſumma me benevolentia proſequi certus ſim, nefas habeam, niſi illum nomini Tuo conſecratum eam. Equidem amicorum & fautorum ſat habeo, qui ad promit-*

tenda officia , ut mos est hujus seculi, promtissimi sunt, sed ubi opera ipsorum mihi opus est, frigent: Te verò inprimis patronum hujus libelli constituere ausus sum, quòd inter alias virtutes tuas maxime candorem animi & germanam fidem perspexerim, tum quod medicamentis arte Chymica paratis uti consueveris, præcipuè ex coralliis, quorum incredibilem efficaciam jamdudum expertus es. Accipe igitur quicquid hoc muneris est, & ejus prospero usu valetudinem tuam diligenter cura, meq; solita benevolentia complecti perge. Dabam Francofurti ad Mœnum.

Tuæ Nobiliss. A. observantissimus

IOANNES LUDOVICUS Gans Med. D.

IN CO-



IN CORALLLIORVM ET VNIOnum historiam

CL. V. D. IOH. LVDOVICI GANSII, MEDICI ET Poëtæ incluti.

Littore Erythræo baccam quæ intermicat algas
Nunc-gemmam &, pelago quæ modò vimen erat,
Gansiades *gemino seductus Apolline, vulgo*
Dum promis tenebris eloquioq; polis,
Atque ea Phœbeis & Hygæie *munera templis*
Infers, & vires ingeniumque doces:
Adfuit ipsa tibi auxilio Natura, *&* Hygeia,
Et Venus, Oceanusque, *&, puto*, trina Charis,
Inspirare tuis certantes numina chartis,
Quisq; sua, invidiam & sæculaquîs superent.

Limine & hæc primo, procul esto profane, *libelli*,
Edicit, sacer est, *Phœbus Apollo tuus*.

Mente & corpore juxta æger amicus amico negare tamen nequivi

SUFFRIDUS SIXTINUS
ICtus, Amsterdamensis.

Ad Virum CL.

Dn. IOANNEM LUDOVICUM Ganß/ *Medicinæ Doctorem, Tractatum de Coralliis edentem.*

SIc est quidem, nil scribitur, nil dicitur,
Scriptum priùs, dictumque quod non sit prius.
Cur ergo, *Ludovice*, de Coralliis
In publicum misso libello differis?
An est futurus hic labor frustraneus?
Absit:

Abſit : quod olim eſt omnibus laudi datum
Quotcunque literariam auſi ſunt ſuis
Rem promovere ſeriò laboribus,
Idem tibi auſo, quæſo, quî non ſit quoque
Laudi ? laboris non niſi laus præmium eſt.
Audacter ergo literariæ rei
Prodeſſe ſcriptis perge poſthac pluribus.
Pro publicatis quid meres Coralliis ?
Famæ corallâ ſempiternæ dignus es.

Ad eundem.
Cento Virgilianus.

Æn.4. Quid ſtruis, aut quâ ſpe, rebus ſervate ſecundis, *Æn.1.*
Æn.4. Fundamenta locas ? moliris laude laborem? *Æn. 4.*
Æn.10. Extulit ardentem tantarum gloria rerum *Æn. 4.*
Æn.10. Irritatq; virum? tua ſi(mihi certa) voluntas, *Æn.4.*
Æn.4. Mens immota manet, rebus jam ritè paratis, *Æn.4.*

Æn.4. Perficere est animus, factum fortuna sequatur. Æn.4.

Æn.1. Perge modo, invidiâ rumpantur ut ilia Codro. Eclo.7.

Æn.12. Autor ego audendi tantarum in munere laudum. Æn.8.

Æn.1. Perge modò, inceptumq; unà decurre laborem. Geor. 2.

Æn.12. Perge, decet, sunt hîc etiam sua præmia laudi, Æn.1.

Æn.4. Diis equidem auspicibus: nec te labor iste gravabit, Æn.7.

Æn.3. Ne dubita, feret hæc aliquam tibi fama salutem. Æn. 1.

Ecl.2. *Nec te pœniteat, olim meminisse juvabit.* Æn.1.

Æn.4. Nam quid dissimulo, semper celebrabere donis, Æn.8.

Æn.1. In freta dum fluvii current, dum piscis amabit Ecl.5.

Æn.12. Fontesq; fluviosq;, polus dum sidera pascet, Æn.1.

Ecl. 5. *Dumq; thymo pascentur apes, sol duplicat umbras,* Ecl.2.

Æn.1. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. Ecl.5.

GEORGIUS SCHILE.

IN

IN CL.V. IOH.LVDOVICI Gansii de Corallis librum.

QVæ patria, unde genus, nitido vis quanta corallo,
Et quæ sit pulchri gratia, Iane, doces.
Ipsa suas arcta dotes Natura papyro
Occulit, ipsa tibi tam grave dictat opus.
Vilius hinc aurum est, hinc gemma rarior usus,
Et lapides mavult pulcra puella tuos.
Illius hunc labiis Mater dedit alma colorem.
Provocat hoc unum basia nostra decus.
Quare quicquid erit gemmarum auriq; nitentis,
His tuus includi debet, amice, liber.

Francofurti ad Mœnum præscripsi in transitu

MARTINUS OPITIUS.



INDEX AVTORVM, quorum operâ usus est autor.

A.

Albertus Magnus.
Andreas Matthiolus.
Antonius Mizaldus.
Avicenna.
Alexander Trallianus.
Alexius Pedemontanus.
Angelus Sala.
Antonius Zimara.
Ausonius.
Andreas Libavius.
Arnoldus de Villa nova.
Andreas Baccius.
Andreas Tentzelius.
Anselmus Boëtius.
Autor libri de arte falconaria.

B.

Basilius Valentinus.
Beguinus.

Cato

C.

Cato.
Claudianus.
Cornelius Agrippa.
Conradus Cunradi.
Cornelius Celſus.
Camillus Leonardus.

D.

Daniel Sennertus.
Dioſcorides.
Diodorus Siculus.

E.

Encelius.

F.

Franciſcus Calceolarius.

G.

Galenus.
Gorræus.

Geor-

H.

I.

L.

Leon-

Leonhardus Fioravante.

M.

Marbodeus.
Metrodorus
Musæum Calceolarianum.

N.

Natalis Comes.

O.

Ovidius.
Orpheus.
Osvvaldus Crollius.

P.

Philippus Mûllerus.
Prosper Alpinus.
Plinius.
Petrus Laurembergius.
Paracelsus.
Penotus.

Petrus

Accesserunt auctores

Ioannes Bodæus à Stabel.
Ioannes Ionstonus.
Benedictus Mazotta Cælestinus
Guernerus Rollfincius
Olaus VVormius.
Ioannes Zvelferus.




ELEN-



ELENCHVS CAPITUM.





Nobilis emergit moriendo gemma Corallus,
Qui sub aquis vivens vilis, ut alga, fuit.
Sic pia gens hominum, licet abjectissima vivat
In terris, felix post sua fata manet.

CORAL-



CORALLIORVM HISTORIA,

Caput I.

PRÆMISSA CORALLIORUM laude carmen Orphei de iisdem exponitur.



N gentes gratias debemus priſcis Medicinæ ſcriptoribus,qui æterna nobis monumenta reliquerunt. Inter illos Hippocrates præcipuus Medicinæ fons, Galenus flumen habetur: cæteros medendi proceres rivulos eſſe cenſemus, omnes ex unâ origine manantes, unde ſcientiam noſtram combibere ſolemus, quicunque Æſculapii ſub regno ſumus. Quanquam admiranda ſunt, quæ ab antiquis tradita accepimus; Attamen ſi ſeculi noſtri felicitatem cum

antiquitate compares, plurima remediorum genera inventa videas, quibus ſua Galenus ac Hippocrates poſthaberent etiam ex orco reducti. Nam ut innumerabiles penè medicaminum formandorum modos Chymicis tantùm cognitos prætercam, unum Coralium veteres quàm plurima neſciviſſe fidem faciet, quippe elegantiores ejus præparationes noſtrum ſeculum invenit. Rurſum, quod nos jam latet, diligens poſterorum inveſtigatio in lucem proferet. Cæterum Hippocrates, quòd ſciam, de Coralio verbum nullum fecit: & Galenus negligenter ejus meminit, qui alioqui medicamentorum vires accuratè & copiosè memoravit. Arabes quidem ſcriptores ob eximiam illius poteſtatem magnam ei laudem tribuunt, ſed veram ejus præparationem, quàm Chymici profitentur, vel celavêre, vel ignorarunt. Verùm Paracelſus Chymicorum agmen ducens, Coralium, inquit, à perito artifice elaboratum, medicinam eſſe omnibus mundi theſauris potiorem. Idem ſui temporis Medicos dixit ignaros

ros Medicinæ, quòd vim Coralii nescirent, ratus magnam scientiæ partem illis defuisse, qui Coralii naturam non haberent compertam. Itaque recentiores hoc priscos antecedunt, quòd de Coralio spiritum, liquorem, oleum, sal, magisterium, tincturam, quintam essentiam & alia multa conficere nôrunt, summa gravissimis morbis remedia. Quæ ad plenam Coralii cognitionem & ejus multiplicem ad usus medicos elaborationem pertinent, non ab uno scripta auctore, sed sparsim apud diversos extant. Quanquam Angelus Sala, homo inter rara Chymicorum exempla libro de Antimonio editurum se anatomiam Coraliorum promittens, haud exiguam Chymiæ cultoribus spem injecit: tamen mutato forsan consilio editionem adhuc suppressit, aut vulgatam oculis usurpare mihi non contigit. Hanc ob causam coraliorum historiam scribere aggressus, quæ ab universis autoribus de illis tradita sunt, & quæ usu ac operâ mea vera esse comperi, hoc libro cuncta complectar. Hæc molienti mi-

 ti mi-

ti mihi venit in mentem Orpheus Philoſophorum & Poetarum vetuſtiſſimus , qui Coralium inter lapidum precioſiſſimos collocatum inſigni carmine proſequutus , in rem meam futurus videbatur. Is auctor, cum nec mihi ſuppeteret , & omnes bibliopolarum tabernas perreptanti mihi nuſpiam ſe videndum offerret, tandem deſiderio & optatis meis ſatisfecit vir Clariſſimus & Iuris Conſultiſſimus Suffridus Sixtinus meus Patronus & amicus ſummus, qui mihi Orphea , de bibliothecâ ſua quàm nobiliſſima depromtum non denegavit. Itaque ejus carmen, quo coralium inclytum eſt, hujus libri initium mihi erit. Verſio latina ei adjecta Renati Perdrierii eſt, non mea. Quæ verò carmen Orphei ſequuntur, cuncta Commentarii loco erunt , unde locis ejus obſcurioribus lucem haud exiguam acceſſuram ſpero.

Orphei

Orphei Carmen de Coralio.

Ἴσθι δ' ἀμαλδύνειν σκηπτήια κέντρα διώκεσθαι
καίπερ σπίδαο μένος μέγα κουραλίοιο
ἠδὲ παλαμναίην ἀνεμώλιον ἀσπίδα θεῖναι.
τοῦδε δὲ μοι πάντων περιώσιον ὅσα φύονται
Φοῖβος ἀκερσεκόμης φύσιν ἔμμεναι ἐξ ἑτέροιο
μυθεῖ τ' εἰς ἕτερον στραφώμενος εἶδος, ὅπως τοι
ψεῦδος κενφαίη, τὸ δ' ἐτήτυμον ἄρα τετύχθαι.
χλωρὴ γὰρ βοτάνη πρῶτον φύει, οὐδενὶ γαίη
ἣν γε φυτῶν ἴσμεν στερεὴν τροφὸν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
ἀτρυγέτῳ, ἵνα φύκ', ἵνα βρύα γίνετ' ἐλαφρά.
αὐτὰρ ἐπεί κ' ἔλθῃσι μαραινομένη ποτὶ γῆρας
ἤτοι μὲν ὁ φύλλα περιφθινύθουσιν ἀφ' ἅλμης
αὐτὴ δ' ἐν βένθεσιν ὑπὸ φλοίσβοιο θαλάσσης
νήχεται, ὄφρα κύματ' ἀποπτύσει αἰγιαλόνδε.
ἔνθα δ' ἄρ ἐξαπίνης μιν ἀναπνεύσασαν ὑπ' αἴθρην
βαζοῦσ', οἵ περ ἴδοντο κρατιωομένην ἐρύεσθαι.
δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα πάγῳ περιπαχνωθεῖσα
πιεζεῦται. καὶ χερσὶν ἐνοχελθέντα στερῆσι
ἀμφαφάεις λίθον ὃ πρὶν ἔχων ὑγρὸν δέμας ἦεν.
σχῆμα μὲν οὖν βοτάνης ἔτι οἱ μένει οἷον ἔην περ
οἵτε κλάδοι, ὅσσα τε σφὶν ἀκρέδρυα προσπεφύασι
ἤ οἵ τ' ἐβλάστησε καὶ ἐτράφη εἰν ἁλὶ ῥίζα.
φλοιός θ' ὅς περ ἔην φλοιός κεν λάϊνος ἐστί.
περιπωλὴ δήδια θεωμένου ἐς φρένα σεῖο
βίσεται, ἐγὼ δ' οὐκ οἶδ' ὅτι μοι θελγητρον ἰδόντι
αἰὲν ἐπὶ πραπίδας καταλείβεται, οὐδὲ δύναται
ὥστε κορεσθῆναι θεωμένου, ἀλλά με θάμβος
σαίνηται στέρνοισιν ὀιομένου τέρας εἶναι
καὶ οἱ πιστεύων περ ἔολπά μιν εἶναι ἄπιστον

ἀλλά τι γοργείην μὲν ἐπώσιον ἀνθρώποισι
σμερδαλέην κεφαλὴν φάτις ἔμμεναι οὐδ' ἄρα περσεὺς
ὠκυπέτης τέλεται, ψευδὴς τέρας ἡγήσασθαι.
γοργόνα γὰρ περσηίδα δρακοντοέθειραν ἀκούεις
ἄτλαντος ναίτοισιν ὑπὸ κρημνοῖσι δαμῆναι
παρθένον ἀργαλέην ἐρεβώπιδα κῆρα μέλαιναν
ἀνθρώπων ὅισιν κεν ἐπ' ἀνδροφόνω βάλεν ὄσσε
οἱ μὲν δᾶμα πέλωρον ἀνάσχετον ἀθρέσαντες
αἴσῃ λάϊνοι τεθνειότες ἑστήκασιν
τὴν δ' οὔτ' εὐρύστερνος ἐναντίον ἀτρυτώνη
δέρκεσθαι μενέαινεν ἀδείμαντος περ ἐοῦσα
χρυσαύρῳ περσῆι φονευομένην περ ἰδέσθαι
οὔτε κασιγνήτω κέκλετο κρατερόφρονι φωτί.
ἀλλὰ δόλῳ θήρειον, ἀφάρπασεν αὐχένα κούρης
ἦκα μάλ' ἐξόπιθε γαμψώνυχον ὑπερὶ δύσης
ἀμφιβαλὼν ἅρπην κυλληνίδα λευκανίῃσι.
τῆς δ' ἄρα καὶ φθιμένης περ ὀλέθριος ἔσκεν ὀπωπὴ
καὶ στυγεροῦ κρονίδαο μολῆι ὑπὸ δῶμα κελαινὸν
πολλοῖς αἴσιμον ἔπλετ' ἐναιρομένης ὑπὸ νεκρῆς.
ἀλλὰ τότ' αἰγιαλόνδε φόνῳ πεπαλαγμένος ἥρως
ἐλθὼν εἰσῆκε λύτρον ἀπ' ἀπλωΐεις θαλάσσης
θερμὴν ἐξ ὁμάδε κεφαλὴν ἔτι καὶ τρομέουσαν
γοργείην κατέθηκεν ἐπὶ χλοεροῖς βοτάνεσσι.
ὄφρα δ' ὅγε δίνῃσιν ἀνεψύχεσκε θαλάσσης,
στείχων ἔκτ' ὀλοοῖο πόνου δολιχῆς τε κελεύθου.
τόφρα δὲ πορφυρέοιο διαινόμενοι κάρεος αὐτο
αἵματος, οἵ ῥα κέχυντο χαμαὶ ὑπὸ κράατι θάμνοι.
ἀμφὶ δ' ἄρα σφὶν αἶψα θεαὶ πόντοιο θύγατρες
λύθρον ἐπεσσύμεναι θάμνοις περιπήγνυον ὥρας.
πήγνυον δ' ὥς τε σε παγχυλίθον στερεὴν οἴσασθαι.
οὐδέ τ' ἔην εἴσασθαι, ἐπεὶ στερεὴ λίθος ἦεν.
ἐκ δ' ὄλεσεν βοτάνης ὑγρὸν δέμας, ἀλλὰ καὶ ἔμπης

οὐλομε-

ἀλομβὸς πάμπαν βοτάνης οὐκ ὤλεσεν εἶδος.
τὴν μὲν ἄρα χθονίην ἐξ αἵματος ἔσχεν ἐρυθρὴν
ἀμφασίη δ' ἥρωα λάβε θερασεῦ, ὡς ἐνόησε
ἐξαπίνης μέγα θαῦμα, τὸ καὶ πέλας αἶψα κιοῦσα
διογενὴς πολύμητις ἐθαύμασεν ὀβριμοπάτρη.
θῆκε δ' ἀδελφειοῦ κλέος ἄφθιτον, ὥς κε πέλοιτο
αἰεὶ κεραλίου προτέρην φύσιν ἀλλάσσεσθαι
ἐν δὲ βίην οἱ δῶκεν ἀπειρεσίην ἀγλαΐη,
φῦλα φυλασσέμεναι χρυσερὴν εἰς φύσιν ἰόντα.
ἣν δολιχὴν ἕρπων ἐς ἀταρπιτὸν εἶμιν ἔχοιν τις
ἢ περάαν ἅλα δῖαν ἐϋσσέλμοι ἐνὶ νηΐ
καὶ γὰρ ἐνυαλίοιο θοὸν δόρυ φαινομένοιο,
καὶ χόλον ἀνδροφόνον φεύγειν ἀπὸ ληιστήρων,
καὶ πολιὸν τρηχῆα κυκώμενον ἐξυπαλύξαι
ἐσθλὴ κεραλίοιο βίη θνητοῖσιν ὀπάσσαι.
γλυκερῷ δ' ἐγρεκύδοιμον ἀτέρβεα τριτογένειαν
σφωϊτέρων καμάτων ἐπαμειώτερα κικλήσκουσιν.
φάρμακα δ' ὅσσα πέλονται ἀΐδαλα, καὶ καζάεδ-
ἀρκεῖτ' ἀγναμπτοισιν ἐριννύσι πάγχυ μέλουσαι (σμερ
εἴτε μίσος κήδων οἰκοφθόρον οὐκ ἐνόησεν
ἀνήρ, εἴθ' ὅσα λύματ' ἐπὶ σφίσιν, ἤδ' ἐπαοιδὰς
σχέτλιοι ἀλλήλοισιν μεγαίροντες τελέθουσι
πάντων ἀντίλυτον δήοις κρατεράζετον εἶναι.
κνύψας δὲ ἄπειρον ξανθῇ δὴ μήτηρ μίσγων
καί τοι λοιγὸν ἅπαντα τεῆς ἀπάνευθεν ἀρούρης
αὐχμούς τ' ἐξελάσει, σταχύων γλάγος ἐκπίνοντας.
ἀτηρήν τε χάλαζαν ἀπειρεσίοισι βελέμνοις
ἀγρῷ πῆμα φέρουσαν ἀμήχανον ἐξακέσασθαι.
βρωτῆρσι τ' ἐπὶ τοῖσι γένος πάντων ἀιαπάζει.
σύλας τε, κάμπας τε καὶ ἐθειρίην ἐρυσίβην.
ἥ τε κατ' οὐρανόθεν πταμένη ποτὶ καρπὸν ἐρυθρὴ
ἀμφὶ περὶ σταχύεσσι περισμώχουσα κάθηται

ἔκ τε μυῶν ἀγέλας, ἔκ τ' ἀκρίδος ἄπλετον ἔθνος
ῥαίσει, καὶ κρονίδαο περιφρίσσουσι κεραυνοί.
παιδὸς ἑοῦ κλέος ἐστὶ ἐπίστιον ἀζομένοιο.
κεῖνο πολὺ πρώτιστον ἀνερχομένοις περάτηθεν
κειμήλιον θνητοῖσι φέρων πόρεν ἀργειφόντης
τῶν δ' ἀκρήτοιο μετ' οἴνου πινέμεν αἰεὶ
μέμνεο. πολυκεδανοῦ ἕνεκ' ἀσπίδος ἄσπαρ ἔειπον.

Scias verò molliri ſcorpionis aculeos poſſe,
Etenim rol ur magnum coralli,
Et Palamneum ventoſum Clypeum ponere.
Illiusque mihi omnium ſuperfluum quæcunque generantur,
Phœbus intonſus naturam eſſe ex alio,
Loquiturque in aliam verſus formam, quod aliquis tibi
Mendacium oſtenderet: illud verò verum jam paratum eſt.
Viridis enim herba primùm generatur nulli terræ,
Quam ſanè herbis ſcimus ſterilem nutricem, ſed in Ponto
Infructuoſo, út algæ, ut muſci fiunt lenes,
Sed poſtea venit tabeſcens ad ſenectutem.
Etenim folia corrumpuntur à mari,
Ipſa verò in profunditatibus ſub ſpuma maris

Natat,

Natat, ut fluctus expuant ad littus.
Huc jam è vestigio ipsam respirantem sub
æthera
Dicunt; qui quidem videbant fortificatam
visam fuisse.
Diu verò non posteà rupi fixa
Indurescit, & alligata manibus tuis.
Attrectas lapidem, qui prius habens hu-
midum, corpus erat.
Forma quidem igitur herba adhuc ipsi
manet, qualis erat,
Ramique, & quicunque ipsis fructus ad-
nati sunt.
Et quæ ipsi germinavit, & nutrita est in
mari radix,
Cortexque qui quidem erat cortex, lapi-
deus est.
Delectatio verò jucunda spectante in men-
teste
Ascendet. Ego vero nescio quòd mihi mul-
cimentum videnti,
Semper ad præcordia resolvitur, neque
possunt
Oculi satiari spectantis. Sed me stupor
Movet pectoribus existimantis monstrum
esse.

Et ipsi credens sanè speravi ipsum esse infidum.
Sed sanè gorgoneum quidem stolidum hominibus
Horrendum caput fama esse. neque jam Perseus
Celeriter volans est mendax monstrum existimari.
Gorgonem enim Perseida draconis comam habentem audis,
Atlantis ultimis sub præcipitiis domasse
Virginem molestam, Erebi faciem habentem, parcam nigram
Hominum quos quidem super cruentos jecit oculos,
Qui ipsum timorem immensum toleraverunt videntes,
Fato lapidei mortui steterunt.
Illam verò neque lato pectore contra Atrytone
Videri cupivit: informidabilis quidem existens,
Auro abundante Perseo occisã sane videri,
Neque fratrem jusserat fortem mentem habentem hominem,
Sed dolo variam surripuit cervicẽ puellæ,

Quiete

Quiete valdè retro curvos ungues habentem non prævidente,
Circumponens harpam Cyllenidem gutturi
Illa verò jam & perdita perniciosa erat facies,
Et odiosi Saturni venire sub domũ nigram
Multis fatalem, erat occisa submortua:
Sed tunc ad littus cæde pollutus heros
Veniens tabem lavit mari,
Calidum ex congregatione caput adhuc, & prædatum,
Gorgoneum reposuit in viridibus herbis.
Donec verò ille gurgitibus respiravit maris,
Incedens ex pernicioso labore, longaq; via.
Tamdiu verò purpureo madefacti satiati fuerant.
Sanguine, qui sanè fusi erant humi sub capite frutices:
Circaq; jam ipsos statim celeres Ponti filiæ
Cruorem impellentes, fruticibus concretæ sunt oræ:
Concretæ sunt, ut lapideam omninò carinam existimasses.
Neque suam existimasses, quoniam carina lapis erat.

Perdiditq; ex herba humidum corpus: sed tamen
Perdita omninò herba, non perdidit formam.
Illum quidem diuturnum habuit ex sanguine ruborem,
Taciturnitas vero heroa cœpit audacem, ut cognovit
Repentè magnum miraculum, quod & propè statim accedens,
A Jove genita prudens, admirata est fortem habens patrem:
Posuitque fratris gloriam incorruptam, ut esset
Semper coralii priorem naturam mutari.
Inde vim ipsi dedit magnam ἀγέλῃ,
Folia custodire in frigidam naturam euntia:
Vel longam repens in viam, si ipsum habeat aliquis:
Vel transire mare divum, rudentibus bene instructa in navi:
Etenim Martis fortem hastam insanientis,
Et iram cruentam fugere à piratis,
Et canum Nerea lugentem effugere,
Bona coralii vis mortalibus præbet.

Dul-

Dulcemque verò ad gloriam incitantem intrepidam Tritogeniam,
Suorum laborum adjutricem vocant.
Pharmaca verò quæcunque sunt impia, & vincula,
Execrationesque inflexibilibus Furiis omninò curæ existentes,
Sive odium latens domi perniciosum non cognovit
Vir, & quod sordes in ipsis & incantationes,
Quæ inter miseros invicem invidentes fiunt,
Omnium coralium invenires fortissimum esse.
Contundens verò semen flavæ Cereri miscens,
Et tibi pestem omnem tua ex terra
Siccitatemq; terra efferet, ex spicis lac bibentem,
Insuperabilemque grandinem innumeris jaculis
Agro vulnus ferentem incurabile.
Vermium præterea genus omnium populatur,
Vermesque, erucasq;, & pruinam,

Quæque infra ex cœlo volans ad fructum rubra
Circumspicis circumfusa sedet,
Et mures innumeros, & locustarum innumeram multitudinem
Perdet, & Saturni præteribunt fulmina,
Filiæ suæ gloriam annuam venerantis,
Quod prius venientibus à finibus,
Coralium mortalibus ferens præbuit Archicida.
Tu verò meo cum vino bibere semper
Recordare, lethalis causa aspidis, ut dixi.

IDEM CARMEN LATINUM Hannardus Gamerius fecit, quod eorum gratia, qui utramque Phœbi artem colunt, adjiciendum putavi.

VUlnera quæ fecit per acumina Scorpio caudæ,
Lethalesq; notas serpentem dente paratas
Coralii virtus sacro medicamine tollit.
Rettulit ipse mihi præsenti Phœbus Apollo,
Coralii vires aliis excellere rebus,
Quas Natura suo nascentes more creavit:

Vt-

Vtpote cui solito veterem deponere formam
Primæ dissimiles tribuit Deus ipse figuras:
Quæ res falsa queat, vel saltem fabula dici
Nî monumenta rei certa pius usus haberet.
Provenit è viridi, cum primùm nascitur, herba,
Quæ non fixa solo, sed tanquam muscus & alga,
Invenit in medio naturæ semina Ponto:
Pòst senium patiens in læso frondis honore,
Amissis foliis mediæ maris innatat undæ,
Dum spumante salo fluctus ad littora volvant,
In quibus (ut dicunt, qui se vidisse loquuntur)
AEthere sub nudo positum firmatur, & inde,
Quod manibus poterat tractatum molle videri,
Fit subitò molli durum de vimine saxum.
Forma priùs consueta manet, sed ramus in ipsis
Frondibus, & fructus, & qui radicib. olim
Truncus erat natus, cum toto cortice saxum est.

Si

Si fortaſſe tibi contingeret iſta videre,
Ilicò mille tuum pertentent gaudia pectus,
Ac, velut iſtarum rerum tangebar amore,
Qui magis atque magis cupidusq; avidusque videndi
Intentis oculis miracula viſa notabam,
Mōſtra locuturo vix auſus credere Phœbo:
Sic eadem ſpectans ſatiari velle recūſes.
Fama fuit veras non Gorgonis eſſe figuras:
At modo: cū fieri re comperiamus & iſtud:
Quis neget implicitas capiti pro crinibus angues?
Perſea quis dubitet velociter eſſe volātem?
Et vacuū celeres jactare per aera pennas?
Scis equidem domitam gelido ſub Atlante Meduſam,
Exitiū multis & noxia damna parantem
Supplicium Perſi victori morte dediſſe:
Nā quos ipſa ſuis oculis horrenda notârat,
In durum ſilicem converſi ptotinus ibant:
Vnde nec armipotens bellatrix Gorgona vidit,
Nec tulit à caro ſuperatam fratre videri,
Donec ei Perſeus à tergo fortiter icta
Cervicem variam falcato frangeret enſe,
Et caput anguiferum clypeato cōderet ære:

Qua

Quæ capitis facies quamvis occisa fuisset,
Perniciosa tamen fuit: & crudelis imago
Cõspectos Erebi nigras trãsmisit ad umbras
Cæde madens heros Perseus ad littora venit
Pollutasque manus victrices abluit unda,
Gorgoneumque (quod adhuc sentire putabat)
Ipse super virides deponit sedulus herbas,
Donec in æquoreis post bella viaq; labores
Respirasset aquis, & vis nervosa redisset.
Interea capiti substrata molliter herbæ
Sanguine purpureo sibi cõtraxere rigorem,
Quas pelagi Nymphæ cõcretas esse videntes.
In solidum lapidem mox condensantur & ipsæ,
Ac in purpureo perstat mansura colore
Forma vet⁹ plãtæ, sed formæ deficit humor.
Dum videt atque stupet factum mirabile Perseus,
Venit consilii dives Tritonia virgo, (esset,
Et propè consistens nimis admirata, quid
Munera germani probat immortalia fratris,
Vt, qui Coraliis mutari posse dedisset,
Aut oblivisci naturæ semina primæ:
Frigida vis foliis naturæ temperat usum:
Cora-

Coralius verò Deus hos afflavit honores,
Vt, quicunque gerunt, & habent præsentia secum,
Per mare , per terras post mille pericula tuti,
Piratas fugiant, & canum Nerea vitent,
Prosint Palladiæ miscenda laboribus arti,
Atq; venenatos pellant è corpore potus,
Subveniant homini ferratâ cõpede vincto,
Impediantq; malas præclaris viribus artes,
Atque latens odium , tacitaque domestica pugna
Prælia per miserã passim grassantia plebem
Invidiamq; doment, seu sordib. illa notetur
Seu dictis magicis & carmine vindicet irã.
Semina frumento si sint permixta serendo:
Protinus excultis pestes vertentur ab agris,
Et spica steriles non conspicientur in illis,
Sed nocitura asatis grando cessabit ab imbre,
Et populabundi nõ pergent lædere vermes.
Erucas etenim locustas atque pruinas,
Et mures varios ea semina trita necabunt,
Avertentq; suis ab agris genus omne malorum,
Vt nec obesse queat Cerealia dona foventis
Ful-

Fulmen triste Iovis, quod in ignibus accipit ignes.
Mercurius vigilis mactator providus argi
Has in Coralio mortalibus obtulit artes,
Et vires docuit: quibus ut confidere possis,
Disce quòd à vino soleat prodesse bibenti,
Quẽ pupugit serpens, vel acuto vipera telo.

Ecce à meis quoq; Musis dictatum mihi carmen, quod si non tale est, quale à me expectabas, lector, scito non meũ id esse, sed Orphei, hoc est, è Græcia in Latinum difficili viâ deductum.

DIsce, venenatus quem Scorpio læsit & Aspis,
Coralio medius non medicamen habet.
Sic retulit Phœb. vis huic est maxima rerũ
Quas natura suo protulit alma sinu.
Hoc aliam sumit speciem, cedente priori.
Vera loquor, quamvis nõ habitura fidẽ.
Namq; sub æquoreis hoc primum nascitur undis
Herba virens: pingui surgere nescit humo
Non secus ac rerũ vilissima nascitur alga:
Haud aliter, musci quã genꝰ omne maris.
Ac ubi jã languens senio marcescere cœpit,
Hanc spoliat foliis æquoris unda suis.

Hac

Hæc levib. tandemque spumis vectata profundi
Littoris ad terram, fluctib. acta, venit.
Aëre durari, simul ac emerserit undis,
Post fixam in durâ rupe manere ferunt.
Rupibus hærentem si cui contingere detur,
Iam lapidem dicet, quæ prius herba fuit.
Effigiem plantæ retinet, ramosq; priores,
Et pariter fructus gestat, ut ante, suos.
Quin etiã radix, à quâ summittitur orta,
Cortice cum duro conspicienda manet.
Hoc tibi spectandi fieret si forte potestas,
Lætitiæ posses non habuisse modum.
Hoc ego cùm fixis primũ mirabar ocellis,
Non animus potuit se satiare meus.
Obstupui, monstri speciem ratus esse marini,
Nec potui dictis credere, Phœbe, tuis.
Fama per immensũ dilapsa volaverat orbẽ
Horendum visu Gorgonis esse caput.
Fabula nec vana est, toto notissima mundo,
Qua fertur monstri Perseus esse genus.
Persea nam memorant, imitantem crine draconem
Gorgona, in Atlantis perdomuisse jugo.
Hæc ubi in adversos crudelia lumina torsit
In lapides versos fecit adesse viros.
Cujus terribilem Tritionis cernere frõtem
Horruit

Horruit, Inachides cùm superasset eam.
Ille sed insidiis raptâ cervice puellæ,
Huic non praeviso confodit ense gulam.
Nam caput anguiferum, quamvis sit cæde peremptum,
At stygias multos praecipitavit aquas.
Tunc pelagi properans ad littus Abantius Heros,
Sanguineo sparsus membra cruore lavat.
Tum caput examinum virides abjecit in herbas,
Donec fessa viâ membra refecta forent.
Interea frutices satiavit sanguinis humor,
Qui positum monstri sustinuêre caput.
His visis cæpère Deæ durescere ponti,
Hisq; velut lapidis forma rubentis erat.
Nec minus hæc cernens Danaes miracula proles
Narratur miris obstupuisse modis.
Prætereà patrio Tritronia vertice nata,
Heic se mirandum cernere dixit opus.
Vnde suum voluit Cœlestibus addere fratrem,
Coralio speciem quòd daret usq; novam.
Hinc quoq; coralio venit miranda potestas,
Hujus & accessit frigida vis foliis.
Quis-



Quisquis iter tentat, terraq; mariq; viator,
Coralii durum nîl patietur ope.
Si bellatricis Numen venerabile Divæ
Poscet, opem cæpti, ne sibi ferre neget.
Vincula nec metuet, nec pocula tetra venenis,
Quodq; dat Eumenidũ turba severa mali
Coralium nullis odium succedere tectis,
Nec magicas artes pondus habere sinit.
Si mistũ Cereri semen committitur agris,
Frumento pestis nulla nocere potest.
Nec deerit flavis humor fœcundus aristis,
Nec poterit grando frugibus esse gravis.
Præterea vermes inimici frugibus omnes,
Effugient pinguis jugera culta soli.
Erucæ fugiunt agros: nec in ulcere vermes
Nascuntur: vermes nec putre corpus alit.
Non segetẽ mures lædunt, nõ cana pruina:
Et locustarum pellitur omne genus.
Nõ ferit ætherio Saturnus fulmine campos,
Natæ quippe colens annua dona suæ.
Præstitit hæc primũ victor mortalib. Argi,
A quo Coralium credimus esse datum.
Coralium quisquis cum vini sumserit haustu,
Aspidis à diro vulnere tutus erit.

NOTÆ

NOTAE AD CARMEN
Orphei de coralio.

AD verſ.(1.) ſolemni Poëtarum elegantiâ in fine carminis repetitur, quod principium ejuſdem erat. Hunc morem ſecutus (vel potius auſpicatus) noſter vates, præcipuam coralii vim aſpidis & ſcorpii veneno reſiſtentem initio & fine carminis ſui commendat.

Ad verſ. 10.) Orpheus noſter Coralium, ait, naſci & creſcere inſtar algæ & muſci, non alio argumento, opinor, quàm quòd ubi aquis exemptum eſt, muſco implicitum atque tectum conſpiciatur. Inde factum eſſe puto, ut Coralium herbam viridem eſſe dixerint antiqui, muſcum adhærentem ad ipſius ſubſtantiam pertinere rati, quem ſanè illius partem nemo intelligens dixerit, uti neque illum, qui arborem ambit, arboris partem appellaverit. Itaque muſcus coralium implicans ab eo diverſus eſt, ut paulò pòſt explicabitur.

Verſ.

Verſ. 16. 17.) id veriſimile mihi haud videtur, Coralium ubi in lapidem firmatum eſt, tum demum rupibus affigi. Etenim cùm primùm aquis emerſum aëris afflatur temperie, ſponte naturæ ſuæ protinus dureſcit, & lapidis aſſumit formam. Eâ de causâ fieri non poteſt, ut aquâ exemptum, & in lapidem verſum tum demum rupibus adhæreſcat. Hærent quidem Coralia rupibus affixa, non quòd alibi nata, ac in lapidem durata illis tandem jungantur, ſed quod à ſucco ſaxis adhærente orta, in illis augeſcant, ac maturitatem aſſequantur. Non enim alio loco naſcuntur, alio creſcunt.

Verſ. 30.) Totam de Gorgone fabulam narrat Ovid. lib. 4. metam.

Verſ. 34.) Hic Atlas pro monte Lybiæ ſumitur: Eſtque Atlas Rex Lybiæ, filius Iapeti,

Verſ. 50.) Hunc locum deſumſit Ovid. lib. 4. metamorph.

Ipſe manus hauſtâ victrices abluit undâ:
Anguiferumq; caput durâ ne lædat arenâ,

Mollit

Mollit humum foliis, natasq; sub æquore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ.
Virga recens, bubulaq; etiam nunc viva medulla,
Vim rapuit monstri, tactuq; induruit hujus:
Percepitq; novum ramis & fronde rigorem
At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Seminaq; ex illis iterant jactata per undas.
Nunc quoq; Coraliis eadem natura remansit:
Duritiem tacto capiant ut ab aere, quodq;
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum.

Verſ.70.) Autor incipit admirandas Coralii facultates commemorare, quarum explanatio commodius infra fiet, ubi ſingillatim de univerſis illius viribus agetur.

MARBODEI ANGLI, POETÆ antiqui carmen de Corallis.

Corallus lapis est, dum vivit in aquore vimen,
Retibus avulsus vel casus acumine ferri,
Aere contactus fit durior, & lapidescit,
Quiq; color viridis fuerat modò, puniceus fit.
Hic velut arbusti ramusculus esse videtur,
Circà semipedem, vix longior inveniendus,
Ex quo finguntur gestamina commoda multis,
Quique salutaris gestantibus esse probatur.
Illius est (ut ait Zoroastes) mira potestas,
Et sicut scribit Metrodorus maximus auctor,
Fulmina, typhonas, tempestatesq; repellit,
A rate vel tecto, vel agro quocunque geratur,
Aut in vinetis, aspersus & inter olivas,
Aut à ruriculis cum semine jactus in agros,
Grandinis avertit calamis contraria tela,
Mul-

Multiplicans fructus, ut fertilitate redundent.
Vmbras dæmonicas, ac thessala monstra repellit,
Introitus præstat faciles, finesque secundas.
Collo suspensus pellit de ventre dolorem.

Hoc carmen adnotationibus illustravit Vincentius Bruno, Medicus quondam Neapolitanus, quem videat lector. Cæterum auctor hujus carminis easdem Coralio vires tribuit cum Orpheo, quippe ab ejus carmine hoc nihil diversum est. Quicquid etiam Albertus Magnus & Paracelsus, atque alii recentiores de Coralii viribus literis prodidêre, id ab Orpheo primo Gemmarum scriptore velut à fonte manavit. Nihil enim jam dicitur, quod non dictum sit prius. Illud hoc loco monendum est, quosdam esse in eâ opinione, Zoroastem cujus meminit Marbodeus Filium Noæ fuisse, quem sacræ literæ Ham vocarunt.

CAP II.

De Coraliorum nomine, derivatione, ortu, loco natali, figurâ, magnitudine, precio.

NOn uno Coralium appellatur nomine, sed ab aliis Corallus, ut est apud Sidonium;

Lactea puniceo sinuantur colla corallo.

Ab aliis Corallium, Claudian. de nuptiis Honorii:

Mergit se subitò vellitque Corallia Doto,

Ovid. lib. 4. metam. communi utitur vocabulo

Sic & Coralium quo primùm contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

A quibusdam Gorgonia nominatur, teste Plinio lib. 37. c. 10. qui Gorgonia, inquit, nihil aliud est, quam Coralium, nominis causâ, quòd in duritiem lapidis mutetur. Et hæc, meo judicio, præcipua est causa nominis, quòd coralium è virgis cruore Gorgonis Medusæ perfusis ortum.

Vim

Vim rapuit monstri, tactuque induruit hujus,
Percepitque novum ramis & fronde rigorem.

Plinius author est, derivari ex Græco κυρεῖσθαι. Sic enim lib. 32. Ajunt coralium tactu protinus lapidescere, si vivat. Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hâc de causa curalium vocitatum interpretantur. Unde & Theophrastus curalium dici ait, quasi τῇ κυρᾷ ἁλωτον, id est, tonsura & præsectione captum. Cæterum Plinio coralium modò Pyrites, modò Dendritis appellatur. Græcis λιθόδενδρον, κοράλλος, κοράλλιον, κωράλιον, κουράλιον dicitur. At nigrum coralium peculiari nomine Antipathes vocatur. Arabibus bassad, besed. Paracelsicis interdum azuc. Dionysius Alexandr. coralium nomen accepisse censet, à græco κόρη, quod puellam significat, eadem de causa, quâ Gorgonia vocatur. Quidam putant, nomen ei inditum esse à corallis Ponti accolis, quorum meminit Ovidius:

Hic mea cui recitem, nisi flavis scripta Corallis?

Rectè mihi sentire videntur, qui corallium dici putant, quasi cor alens, quippe haud postremum est remediorum cordi robur ardentium.

Quæritur, unde suum sint nacta corallia nomen?

Nempe quòd his hominis cor aluisse datum.

Est & fluvius Thessaliæ, qui Alcæo autore coralius vocatur. Cujus meminit Callimachus, hymno in Palladis lavacra. Et Solinus, in ora Pontica, ait, post Bosphori fauces, & Rhæsum amnem, portumque Calpas Sagaris fluvium ortum in Phrygia, dictumque à plerisque Coralium esse. Tantum de nomine & derivatione. Veterum medendi procerum, & omnium qui naturam rerum, & abditas earum causas diligentius perscrutati sunt una est opinio, coralium esse lapidem preciosum, fruticis aut herbæ specie, ex succo lapidescente, insitâ vi concretum, vel esse succum rubrum lapidescentem, congelatum lapidis

dis duritie, in imo maris. Quercetano dicitur esse arbuscula metallica, ex saxis marinis exurgens, vitamque ex spiritu salis vegetantis accipiens. Dioscorides, Coralium, inquit, quod aliqui lithodendron appellarunt, marinum esse fruticem constat, qui alto extractus, duratur statim atque emergit, tanquam offuso aëre protinus concrescat. Laudatissimum rubens, colore antherici aut sandycis saturatæ, nec secus terenti facilè cedens, æquabili usquequaque concremento, rursus algæ aut fuci marini odore, quàm ramosissimum, formâ fruticis, cinnamomi æmulum. Quod autem in lapidis duritiem coit scrupulosum, inane, & lacunosum, vitiosum existimatur. Cum quo ferè consentiens Plinius, Quantum, ait, apud nos Indicis margaritis precium est, tantum apud Indos in coralio. Namque ista persuasione gentium constant. Forma est ei fruticis, color viridis. Ajunt tactu protinus lapidescere si vivat. At mirum videtur veritatis amanti, Coralium à Dioscoride & aliis vocari fruticem, cùm à

nobilissimis authorum inter gemmas referatur, quæ certè à naturâ fruticum arborumque multum abhorrent. Itaq; non propria significatione, sed ob similitudinem frutex esse dicitur. Non enim continuò frutex est, quod ejus speciem gerit, cùm & interdum silices, aliique lapides ramis insignes & arbuscularum speciem præbentes reperiantur, quales se vidisse ad Albim propè ostium Tangræ memorat Encelius lib. de re metall. Si igitur silicibus lapidum durissimis formam quandam fruticis natura tribuit, nō mirum facit in corallis. Quamvis Orpheus noster & Ovidius coralium plantæ, aut herbæ aut viminis nomine notent, facilè veniam impetrare possunt, cum Poëtæ sint, hoc est, fabularum authores, quibus

Qualibet audendi semper fuit æqua potestas.

Quare vocabulum fruticis, plantæ, herbæ, viminis hoc loco ampla significatione accipiendum. Orpheus dum sibi persuasit, coralium esse fruticem, conjecturam cepit, id etiam foliis ornatum esse.

esse. Quod commentitium est, & inter fabulas habendum, ut & illud, quod de fructibus ejusdem prodidit. Etenim folia coraliis esse, supra fidem est, quia post hominum memoriam non sunt visa, nec cerni possunt etiamsi dentur, cum à mari corrupta, sub visum non cadant, quippe pro fundo æquoris abdita. Si senio marcida, & à mari consumpta contabescunt, ut auctor est noster Poëta, testis oculatus hujus rei dari non potest. Itaquè in imo maris folia nunquam visa sunt, multò minus in littore, quòd aqua marina contabefacta eò haud perveniant. Fructus sive baccas è coralio nasci affirmantis Orphei sententiæ subscribit Plinius, qui alioqui Maximus Naturæ consultus. Baccæ, inquit, coralii candidæ sub aqua molles, exemptæ, confestim durantur, & rubescunt, quasi corna sativa, specie atquè magnitudine. Verum Matthiolus comment. in Dioscorid. mirum esse ait, diligentissimum rerum naturalium scriptorem tanto errore ductum, ut crederet, baccas è Coraliis proferri. Nam baccę, quas fœminę

ac infantes collis brachiisq; adalligant, &aliqui religione quadam perculsi precum numerandarum causa gestant, non illorum fructus, sed ex truncis ipsorum torno & lima derasis, deinde Sinyridis lapidis pulvere & terra quâdam ex Tripoli Africæ advecta perpolitis, teretes lævesquè redduntur & splendorem capiunt. Ad hæc multo undiquaque obitum è mari eximitur corallium, adeò ut rubicundo non eluceat colore priusquam cortice exutum, artificis manu in nitorem detur. Hinc non mirum est, illud virentis stirpis specie apparere intuentibus. Sunt qui corallinam herbam coralio quandoque adhærescere, & hâc de caussâ sic nominatam esse tradunt. Credibile sanè est illam coralio affinitate quadam esse junctam, quòd dura sit, & lapidis magis, quàm herbæ substantiam referat, subinde etiam nonnihil rubeat. Sed expendamus quoque, quid alii autores de coraliorum ortu decreverint. Iulius Solinus, liguſticum mare, inquit, frutices procreat, qui, quantisper fuerint in aquarum profundis, fluxi

sunt,

ſunt, tactu propè carnulento. Deindè, ubi in ſupera attolluntur, natalibus derogatis, lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis, ſed & color vertitur. Nam puniceo protinus rubeſcunt, ramuli ſunt, quales arborum viſimus ad ſemipedem frequentius longi. Paracelſus, tractatu de glutine Elementi aquæ: coralia, ait, oriuntur ex tenaci reſina ſive glutine, quod ipſorum proprium eſt. Et prima ipſorum materia eſt quaſi forma & liquor alicujus reſinæ, quæ lapideam in ſe proprietatem habet, unde aliquid generatur, gemmis & aliis lapidibus ſimile, quamvis non ſit de ipſorum materia. Idem coralia, refert, originem ſumunt ex reſinis priorum trium, ita, ut ex ſulphure emergat rubedo, & natura quædam alba eaque fixa, quæ ſeparatim producitur per Archeum inſtar ſeminis aut grani quod projicitur in Iliadum, quod plurimum eſt in mari. Hoc loco naſcitur coralium. Ubi verò aliàs in globulo manet, exareſcit & nihil inde producitur. At ubi in Iliadum venit, ibi incre-

mentum ſumit,&ex granulo arbore naſcitur,quemadmodum ex ſemine: Ubi verò ad juſtam magnitudinem pervenit, inſito ſpiritu ſalis, & ætate induratur, id quod accidit vi ipſius propriâ. Naturam autem ſuæ eſſentiæ ſumit ex Archeo elementi aquæ,quę in omnibus fructibus peculiare ſuum incrementum præbet,& quandoque argentum,quandoque aurum mirabiliter hâc forma producit. Ita ludit natura in ſuo opificio,gaudetque opifice & virtute ſua.

Sicut etiam alumen plumoſum & alia creſcunt, ita coraliorum ſingularis generatio eſt ex ſemine, quòd ex primis tribus,ſcilicet ex rubeo, albo & flavo ortum eſt.Hoc ultimum eſt, quod natura ex primis tribus reſinis per elementum aquæ producit, eſtque unum ex opificiis ipſius nobiliſſimis. Idem author corallus, ait,lapis eſt albus vel rubeus non pellucidus, qui in mari naſcitur ex natura tempeſtatis & aëris in ligni formam aut fruticis,ac in aere dureſcit in lapidem, lapidum precioſorum infimus.Hæc Paracelſus.Quidam Italus

ſcri-

ſcriptor Franciſcus Calceolarius, coralia, ait, nata ſunt ex ſucco lapideſcente, quem planta mollis & viridis, tactuque probè carnulento, quamdiu ſub undis manſit, proprietate quadam pro ſui incremento attraxit. Mollitie poſt relicta in lapidis ſoliditatem aëri expoſita ſtatim abeunt. Ioannes Platearius Medicus Salernitanus: coralium eſt ſubſtantia terrea, quæ reperitur in locis maritimis & maximè in cavernoſis montibus in mari exiſtentibus. Ubi quædam humiditas glutinoſa lapidibus adhærens ex ſiccitate propria & maris calore ſic condenſata in ſubſtantiam lapideam tranſmutatur. Qui majorem partem ignis habet, fit rubeus: Qui majorem humiditatem aquoſam, fit albus. Sextus Philoſophus: Eadem res locis diverſis diverſa eſt & ovum in ave quidem molle, in aëre autem durum, & lyncurium in lynce quidem humidum, in aëre autem durum: ſic coralium in mari quidem molle in aëre autem durum eſt. Cardanus: Quod coralium è mari exemptum confeſtim dureſcit, cauſa eſt aër tenue

illius humidum ſiccans & frigus partes cogens. Refrigeratur autem æſtate media, quia pars aëris intrò penetrans frigida evadit. Serapio: Corallus fit nodoſus ab aqua maris & dicitur planta marina, nata in fundo maris. Reperitur quoque in quibuſdam montibus. Andreas Baccius, libr. de gemmis: Corallus, quamdiu aquis tegitur, lignum eſt, ſtatim verò alto mari extractus, dũ aërem tangit in lapidem induratur. Ansh. Boet. corallium fit dum ſuccus lapideſcens corpus ligni ſubit idque alterat, & in ſuam naturam convertit, dum in eo congelatur. Ex his colligitur veriſimile non eſſe, ſub aquis, ut aliqui referunt, plantam planè ligneam eſſe & mollem, ſtatimque è mari extractam congelaſcere. Si enim hoc verum eſſet, nulla planta coralli ex parte lignoſa ex parte lapidea eſſe poſſet. Quævis enim extracta ſubitò lapideſceret. Paulatim itaque ut in aliis aquis lapideſcentibus contingit, ſuccus penetrat, ligni corpus ad formam vel ſubſtantiam acrimoniâ aliâve qualitate mutat, atque in ipſius locum

lapideum

lapideum id, quod in se continet, substituit, quòd concrescens in coralli formam abit. An autem corallium ex lapideo succo crescat, aut generatum aliarum plantarum instar, demum succo dicto alteretur, dubitare posset. Ego plantam ipsam, ut coralinam algam cæterasque herbas, quæ in mari ipso nascuntur, crescere non absque succo lapidifico autumo. Non tamen lapidescere, priusquam moriatur, emori autem ordinariò naturæ motu vel agente in plantam nimis vehementer succo, qui eam necat, ac subiens & penetrans intimas illius partes facilè transmutat. Quod autem succus lapidescens ad plantæ formam à naturâ adhibeatur, experientia multorum, qui plerumque observârunt è coctilib. lapidib. nasci coralium, id comprobatur. Cur autem Coralium lapidescat; aliæ plantæ nequaquam, hoc tum propter singularem ipsius dispositionem contingit, tum, quia succus lapidescens à natura ipsius substantiæ inest, qui facilè lapideam formam plantam recipere cogit,

ac

ac in aliis nõ ita copiosè reperitur, antequam rubeſcat, ac quodammodo maturus ſit coralii frutex, videtur variis coloribus tingi. Quotquot enim plantas vidi, nondum exactè in lapidem converſas, omnes vel fuſco vel viridi aliove colore, quo arborum rami tinguntur colorati erant. Solique illi, in quibus ligneum vix aliquid apparebat, jam rubeſcere incipiebat, non ſecus ac in pomis & piris rubens color poſtremus ac maturitatis index eſt. Hactenus Boetius. Quanquam à doctiſſimis ingeniis illa ſunt prodita, quoniam tamen diverſæ ſunt authorum ſententiæ, de ortu coraliorum meam quoque opinionem cuivis rerum naturalium perito æquâ æſtimatione penſandam relinquo. Paracelſus & Platearius mihi omnium veriſſimè dixiſſe videntur, ex ſucco tenaci ſeu materia glutinoſa coralium oriri atque augeſcere etiam ſine adminiculo plantæ ipſum attrahentis, neque neceſſum eſſe puto, ut frutices ſive lignum ſemper ad ſe rapiat ejuſmodi ſuccum, unde corallus evadit: ſed ille

ſponte

ſponte ſuâ lapideſcens in formam fruticis ſurgere poteſt vi naturali, quę in ſale ipſius delitеſcit. Namque ſalis beneficio fit, ut in ramos ſe diffundant plantæ. Quod exemplo urticę Querceranus demonſtrat, ex cujus cinere lixivium extractum, & frigore hiberno congelatum veram herbæ ſpeciem præbuit. Idem auctor, corallos, ait, vitam habere à ſpiritu ſalis vegetantis, ut qui etiam toti in ſal redigi poſſint. Cæterum concretionem & congelationem corporum ſali ipſorum acceptam ferri, Philoſophi omnés fatentur, & oſtendi poteſt exemplo lyncurii, quod eſt lyncum urina, (nihil autem aliud eſt urina, quam ſal aquâ dilutum) quę, ubi reddita eſt, glaciatur areſcitque in gemmas, carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, de qua Ovidius:

Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho,
E quibus ut memorant, quicquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides & congelat aere tacto.

Ita-

Itaque si tanta vis est succo lapidescenti, ut coralia ramis decorare, & ad justam magnitudinem diducere valeat, vanum est quod aliqui dicunt, ea primum esse ligna sive frutices ac demum evadere lapides. Quamvis enim in quibusdam aquis ligna in lapides durentur, non putandum ideò coralii quoque lapidem aliquando fuisse lignum. Cujus rei argumentum est, quòd ex lapide coctili quandoque nascantur, unde frutex aut herba nasci haud potest ob solidam firmamque ejus substantiam. Prætereà testis est Leonh. Fioravan. Ital. Doctor, qui coralia refert ut plurimum nasci è lapide coctili. Addit esse Insulam in Barbarica dictam, Tabaccam, multis olim populis habitatam, sed magnâ Insulæ parte mari submersâ, lateres lapidesque coctiles in fundo illius hinc inde disjectos esse, Coraliorum feracissimas. Unde Genuenses hodie mercatores ingentem eorum vim capiunt. Idem auctor, Memoriâ, inquit, reputo, piscatorem cùm anno 1549. in urbe celebri Siciliæ Messana essem, piscibus

capien-

capiendis intentum intrà portum, juxtà turrim, quã Salvatoris appellant, fruticem coralii rubei cepisse, natum super lapide coctili, tantæ magnitudinis quantum ducentis annis in illâ orâ non visum esse constat. Est & aliud, quod sententiam meam confirmare videtur, quòd coralium sub aqua existens tangentibus molle deprehenditur, hâc de caussâ liquidum à Prisciano dictum, atqui ligno nulla mollities est.

Deinde silices aliique lapides interdum dantur, ramis elegantibus conspicui, & fruticem imitantes, ludente & quasi aliud agente naturâ. Quinetiam non pauca visuntur coralia, quæ nihil minus quàm fruticis aut plantæ speciem gerunt, sed pro naturâ succi lapidescentis formam adsciscunt, ut paulò pòst demonstrabitur, ubi de differentiis. Quòd interdum plantis adhærescunt, easque suâ naturâ communicant, id accidit vicinitate, quâ familiaritas mutua contrahitur. Haud aliter Bryonia, Smilax, atque Hedera proximam sibi arborem, aut parietem muri com-

complexu tenent. At si fingamus omnes è frutice corallos existere, velim mihi ostendi, qualis ille sit, & quo nomine appelletur, quippe ejusmodi fruticem vidit nemo, nec ullus herbarum scriptor ejus mentionem fecit. Hactenus de generatione coralii. Nunc de loco natali agendum. Plinius, Gignitur quidem, ait, in rubro mari coralium, sed nigrius. Item in Persico vocatur Iace. Laudatissimum in Gallico sinu circa Stœchades insulas, & in Siculo circa Helian ac Drepanum. Nascitur & apud Graviscas, & ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens sed molle, & ideo vilissimum Erythris. Hoc loco quidam non Stœchades, sed Orchades legendum putant, quę Insulæ sunt in mari Britannico, quod Caledonium à nonnullis, à Ptolomæo Deucaledonium vocatur. Ausonius in Mosellâ

.... distinguit glarea muscum,
Nota Caledoniis talis pictura Britannis,
Cum virides algas, & rubra corallia nudat
AEstus, & albentes concharum germina baccas.

Dio-

Dioſcorides refert, plurimum inveniri ad Syracuſas in promontorio, cui Pachyno nomen eſt. Serapio, reperiri quoque in quibusdam montibus memorat.

Quod equidem non de ſummo montium vertice accipiendum puto, ſed de ea parte, quam maris unda alluit. Non enim niſi in loco humido, & ſucci marini lapideſcentis participe ſurgere poteſt. Boëtius coralium, inquit, hodiè paſſim in mari Tyrrheno invenitur, unde Neapolim adfertur, ac ibi expolitur. Avicenna id in Africæ maribus copiosè naſci tradit. Dionyſius Alexandr. in deſcriptione Perſiæ memorat Arianos populos iſti regno ſubditos, iisque vicinos, non aliam habere viam parandi divitias, quàm ſummam rubri coralii ibi naſcentis abundantiam. Meminit hujus & Priſcianus lib. de ſitu orbis, ubi de populis loquitur qui vocantur

....Atieni
Nomine communi, qui terras ubere nullo
Florentes habitant, (ſquallent nam ſentib. aſpris)

Coralii

Coralii lapidẽ qui rubrũ littore carpunt.
Ibidem de Indis:

Effodiunt alii terras, auriq; metallum,
Ast alii texunt tenuissima tegmina lini,
Atque aurâ viridi legitur, quæ splendet Iaspis, *(pazi.*
Coraliique decus liquidi, gratique To-

Ex Iulio Solino patet, Ligusticum mare coraliorum esse ferax, cum quo sentiens Claudianus in eodem mari, inquit,

Mergit se subitò, vellitque coralia Doto,
Vimen erat, dum stagna subit, processerat undis,
Gemma fuit.

Andreas Baccius de thermis lib. 4. Sardinia, ait, insula est, quam alteram Siciliam quidam vocârunt. In hâc aliquot locis fontes calidi ac salubres fervescunt, qui aut ossa fracta consolidant (hic effectus ferro vulgò tribuitur) aut oculorum morbis (quod nitro, æri, & auro convenit) medentur: vel corallorũ nobilitati id tribuendum est, quorum divite admodum propagine ac succo hujus insulæ littora abundant, siccæ ac adstringentis qualitatis. Pertinet autem

hæc

hæc nobilis propagatio usq; ad Siculum fretum. Nam & ſub Lilybæo promontorio non longè à Drepano integras hodiè arbores piſcantur purpureas multas, aliquas candidas. Infrà autem mons præruptus eſt, qui Gaditanũ reſpicit, ſalis nativi ferax ruboris cõſpicui, nec inutilis in cõdimentis. Hæc ille. Ex his conjecturam aliquis capere poſſet, ſal illud rubicundũ eſſe materiam coraliorum, quòd in eodem tractatu largus arborum proventus ſit.

Plurimum enim ſalis ineſſe coraliis, teſtatur corũ reſolutio, quâ penè omnia in ſal rediguntur.

Cæterum inter gemmas & lapides precioſos coralium refertur à probatiſſimis authorum, inprimis Orpheo noſtro, & Plinio, qui quantum, inquit, apud nos Indicis margaritis precium eſt, tantum apud Indos in coralio. Authoritas baccarum ejus non minus Indorũ viris quoq; precioſa eſt, quàm fœminis noſtris uniones Indici. Quamquã coralia apud nos tolerabili precio emũtur, nõ ideò negandũ eſt cum Cardano, gem-

gemmas esse, nisi credamus margaritas quoque apud Indos non esse gemmas, quòd illis in parvo habeantur precio. Eodem enim precio coralia & margaritas esse, jam ex Plinio notum est, licet pro diverso terrarum orbe non par eorum precium sit.

CAP. III.

De variis Coraliorum generibus.

CORalia differunt colore, substantia, specie ramorum, magnitudine & viribus. Colore alia sunt albo, rubro alia, alia nigro. Quamvis *Boetius* & *Baccius* plures recenseant colores, tamen omnes ad hæc genera referri posse existimo. Ex albis quædam æquali lævore nitent, ramis destituta: Alia perquàm ramosa, quæ punctis veluti tuberculis conspersa videntur. Est prætereà albi Coralii genus satis durum, & mediocriter ramosum, colore cornu simili,

ob ſimilitudinem *Cornucervinum* appellatum ab *Imperato* ſcriptore Neapolitano: Aliud colore ſubobſcurum potius quàm albeſcens, ramis frequentibus, cujus ſubſtantia fungoſa eſt. Tota ejus extremitas inæqualibus diſtincta eſt lineis, ut intuentibus q. canaliculi appareant. Verucoſum id non ineptè dicitur. Quoddam ex cinereo albeſcit, mari Hiſp. exemtum, non admodum durum, ſed fragile, cujus parte externâ notæ quædam eluceſcunt, in ſpeciem ſtellarum, Naturâ mirificè ludente, unde ab *Imperato* ſtellatum vocatur. Datur etiam, quod nodos velut articulos oſſium humanorum præpotente Naturæ vi accepit, ob id *articulatum* dictum. Ad hunc ordinem refert *Franciſcus Calceolarius* Veronenſis plantam quandam elegantiſſimam Naturæ prolem, quæ in mari rubro nata, tota tophoſa, ſed facilis frangi, foris flaveſcens, parte internâ albicans, à cujus trunco craſſo minutiſſimis veluti punctis paſſim ſignato multiplices ramuli germinant, mirabili ordine diſpoſiti, qui in pyramidalem for-

mam desinentes hemisphærii speciem repræsentare videntur.

Coralium rubrum est, quod è succo rubro lapidescente natum est: *Nigrum*, quod succum atrum ad sui incrementum attraxit, colorem ligni ebeni referens. Hoc antiphates vocatur à *Dioscoride*, qui refert, ramosum magis id esse cæteris, quod idem sentit *Serapio*. *Franciscus Calceolarius* contra dicit, rubrum nempe coralium ramosius esse nigro. Laudatissimum est, teste *Dioscoride*, rubens, colore antherici aut sandycis saturatæ, nec secus terenti facilè cedens, æquabili usquequaque concremento, rursus algæ aut fuci marini odore, quàm ramosissimum, formâ fruticis, cinnamomi æmulum. A quo nihil diversum est illud *Plinii*: Probatissimum quàm maximè rubens, & quàm ramosissimum, non scabrosum aut lapideum, vel rursus inane aut concavum. *Serapio*: optimus corallorum est rubeus, qui similis est cinabrio, citò fragilis, & odorem spirans lenticulæ marinæ, ac speciem gerens arboris

cassiæ

cassiæ ligneæ, & quàm ramosissimus. *Ioannes Platearius medicus Salernitanus* auctor est, Coralio rubro ab elementorum permistione majorem ignis partem accessisse, quàm albo, huic verò plus aquæ quàm ignis, ideoque illo frigidius hoc esse. Idem ait, album eligendum, quod crassum & læve, idque tantò melius esse, quantò magis accedit ad candorem, foraminibus haud pertusum: Rubrum verò ramorum multitudine insigne eligendum esse. *Quercetanus* censet, coralium album ideò vilius esse rubro, quòd ultimum perfectionis & coctionis grandum non sit assecutum, ut rubrum.

Hoc si verum est, falsa erit auctorum sententia statuentium, pro varietate succi varia produci coraliorum genera, scilicet è succo rubro rubra, ex albo alba, è nigrò nigra nasci. Quo argumento ostenditur, coralia alba æquè ad maturitatem & summam perfectionem veniri posse ac cætera genera, quia dantur coralia alba quàm maxima, eaque annosissima, ideò maturita-

rem assecuta, & longo tempore cocta. Itaque unumquodque coraliorum genus ad destinatam sibi perfectionem venire potest, quamvis unum nobilitate alterum antecellat. *Paracelsus* rubrum vocat rutilans, nigrum verò caliginosum. Hæc duo ait contrariâ naturâ diffidere, ita ut rutilans coralium gestantibus lætitiam ac delectationem adferat, nigrum autem tristitiæ sit causa. Qui igitur lætitiæ excitandæ causa coralia expetit, caliginosis rubra præferat. Quantum enim gaudio distat mæror, tantum hæc duo coraliorum genera. Hæc ille. Quanquam verisimilis hæc opinio videtur, tamen nec aliorum scriptorum authoritate, nec rationibus stabilita, sed ex capite *Paracelsi* nata est. *Dioscorides* enim & *Serapio* easdem rubro niroque coralio vires inesse tradunt.

Quædam coralia variis coloribus distincta sunt, & ramulos ex parte rubros ex parte albos, tùm & nigros gerunt. Id accidit, diversis succis sese trunco ipsorum admoventibus.

A sub-

A ſubſtantia coralium dicitur *molle, fragile, durum*, *ſolidum, fiſtuloſum, ſcabrum*.

Corallus nimium durus, inquit *Serapio*, non eſt bonus, ſed qui cito frangitur, & partium æqualitate conſtat.

Sunt & coraliorum frutices viſi, qui non ad plenam perfectamque maturitatem pervenerunt, colorem minio ſimilem nacti. Hi ramulis quibuſdam partim ligneis, partim ſaxeis, & iis modicè rubentibus ornati ſunt, in quibus tubuli teſtacei marini inſtar in gyrum ducti hærent, ut autor eſt *Calceolarius*.

Non eadem illorum magnitudo eſt. Quædam ad pedis altitudinem extolluntur, quædam ſuprà eam. *Anshel. Boëtius* eorum fruticem ad hominis ferè longitudinem excreſcere affirmat. Ajunt in quodam templo urbis Genuæ imaginem Chriſti cruci affixi ex coralio factam haberi, duos cubitos longi.

Omnia coraliorum genera, colore, ſubſtantiâ, & ramoſitate inter ſe differentia jam recenſui, inpoſterum quoq;

traditurus, quemadmodum divina potestas illis plurimas, easque admirandas vires aspiraverit.

CAP. IV.

De aqua, spiritu, liquore, Coraliorum.

EXpositis, quæ de ortu & variis coraliorum generibus ab authoribus traduntur, jam multiplices eorum præparationes, ad usum medicum idoneas ostendere aggrediar,

Coralia in pulverem redacta si vasi vitreo retorto in arenâ posito indantur, inde destillando aqua proveniet pauca & saporis expers. Si exemptum è vase pulverem magis conteras, & ei in vas rursus immisso affundas aquam ipsius antè destillatam, & simul in Balneo vaporante aliquandiu relinquas, destillando majorem aquæ copiam prolicies, quàm anteà. Hunc laborem

rem si ter quatervè sustinueris, magna aquæ copia parata erit.

Spiritus coraliorum hoc modo præparatur: Coralia aceto dissoluta, & exsiccata immittuntur in retortam luto probo munitam, & blando igne primùm phlegma, deinde aucto igne & mutato receptaculo spiritus inflammabilis elicitur, ultimò exigua veri olei portio, ambo suavissimi odoris, & rubicunda. Crederes hoc oleum veram esse tincturam. Spiritus verò flammam ideò concipit, quòd *Quercetani* judicio, coralia multum salis nitrosi, vel nitro-sulphurei contineant. Nihil enim inflammabile est, quod non sulphuris aut bituminis sit particeps. Id argumentum est, coraliis multum inesse sulphuris. Spiritus ille tantæ est efficaciæ, ut non modò coraliorum corpus, sed & firmissimam Solis & Lunæ compagem solvere dicatur.

Liquorem appellamus, cùm tota rei substantia arte Chymicâ in liquorem resolvitur, ut *Paracelsus* docet. Li-

quor Coraliorum hunc in modum conficitur: Coralia aceto radicato soluta, sepone digerenda menstruo spatio in loco calido, donec tinctum sit acetum. Effunde, & alio affuso fac rursus digeri, donec acetum non amplius tingatur. Id filtratum fac exhalare, acredinem separa, exsicca, & addito vini spiritu circula, deinde illum destillando secerne. Reliquum suprà marmor in loco frigido humidoque collocatum evadet in liquorem dulcem, admirandæ facultatis, qui non immeritò *coralium potabile* & quinta coraliorum essentia appellari potest. Promptè in liquorem abit sal coraliorum in albumine ovi indurati. Vel hoc modo liquorem effectum dabis: Coralia trita oleo salis, vel aceto radicato dissolve. Destillando iterum abstrahe ad siccitatem. Relicti pulveris accipe uncias duas, his affunde uncias quatuor menstrui vegetabilis magni. Pone in putrefactione per mensem. Tunc menstruum destillatione abstrahe. Affunde rursus, & destillatione

tione decies iteratâ, materiam in imo remanentem in cellâ aut loco frigido humidoque pone, & solvetur in suavem liquorem.

Anatomia Coraliorum.

Postquam aqua coraliorum destillata est, relicta ipsorum materia rursus minutissimè conteratur, & in phialam injecta aqua propriâ perfundatur. Vas illud probè occlusum in Balneo vaporante colloca, donec totam coraliorum substantiam digestione dissolutam esse sentias. Id quod bimestri ferè spatio evenire solet. Exemptam post eà materiam in cucurbitam vel retortam funde, & ex ea destilla primò aquam, deinde sulphur, sive spiritum ardentem. Quòd in fundo remanet, in eo sal tertium naturæ principium delitescit. Id igne reverberante in calcem redigendum est, unde affusa aquâ sal elici potest. Hoc ordine tria coraliorum principia ex ipsis depromuntur.

CAP. V.

De solutione coraliorum, & eorum menstruis.

VArias & multas aquas dissolvendis corallis destinârunt Chymici, quarum præcipuæ sunt, acetum destillatum & radicatum, succus berberum, limonum, malorum citriorum, ros majalis, liquor betulæ: Spiritus mellis, terebinthinæ, ligni sancti, buxi, juniperi, quercus, Spiritus salis, vitrioli, tartari, spiritus vini, & is qui coraliorum est. Penotus illa solvit sequenti liquore. Vitriolum ad rubedinem calcinatum conspergitur urinâ hominis sani, & exsiccatur. Rursus conspersum siccatur, idque ter vel quater. Hinc destillatur oleum, separato phlegmate coralia solvens, quod præsentissimum podagricorum remedium esse dicitur. Alii solvendis Coraliis talem aquam præparant: Accipe aceti mensuras duas, salis manipulos duos, tartari trientem, & destilla igne lento primùm, dein vehementi. Ea quidem

dem citò solvit compagem corallorum, sed acrimonia ejus non sine magno negotio tollitur. Sunt qui acetum à cineribus herbæ Kali destillent. Aceto autem sensim illis affuso, ob metum effervescentiæ hanc destillationem bis vel ter repetunt. Unde dulce fit quodammodo neque valdè mordax, quamvis eximiâ sit efficaciâ. In hunc quoque modum fit aqua solvens: Viride æris solve aceto destillato. Effuso, quod solutum est, fæces rejice. Abstrahe destillando aceti dimidiam partem vel plus, prout artifici videbitur. Reliquum sepone in loco frigido, ut lapilli congelascant, & vitriolum fiat. Hoc inde novo vitro, & addito spiritu vini purissimo solve. Fecibus iterum separatis, spiritum vini destilla ad justam consistentiam. Quod reliquum in fundo manet, loco frigido, ut antea, committe, ut Crystalli congelent. Has in vas retortum conjectas destilla primum leni calore, ut phlegma tantùm prodeat. Postea mutato receptaculo & igne validiori adhibito, fac acetum suavissimi odoris & sapo-

ris profluere, quod singulare coraliorum menstruum est. Acetum quoque terebinthinatum, quod radicatum dicitur, in coraliis solvendis non exiguam vim habet, cujus descriptio talis est: Accipe terebinthinæ libras duas, aceti stillatitii tantundem, destilla in arenâ primò lento igne, donec acetum cum spiritu terebinthinæ effluxerit. Pòst aucto calore ignis prosiliet oleum flavum, & aqua rubicunda acerrima. Tunc cessandum. Separetur acetum ab oleo, & repetitâ destillatione corrigatur, ut fiat purissimum. Si coralia cum sulphure calcinantur, solvi possunt aqua simplici. Nonnulli ex summitatibus & comis alni destillant menstruum solvendis corallis aptum. *Joannes Tholdenius* in Haligraphia sua talem aquæ solventis præparationem tradit. Mercurius sublimatus tenuissimè contritus in cella ponitur, donec in aquam resolutus liquescat, quæ filtro defæcanda est. Hujus aquæ libram unam, vitrioli in pulverem contriti libras duas, nitri pulverisati librãm unam in

vitrum

vitrum retortum injice, & destillatione propelle instar aquæ fortis. Ubi omnia refrixerunt, aquam exemptam receptaculo, ex cucurbita denuò vehementi destillatione provoca. Quod profluxit, iterum destilla ex cineribus, quoque in fundo reliquum est oleum, coraliis dissolvendis adhibeatur. Id celeriter effectum dat, quod alii liquores longo tempore. Acrimonia quam oleum in coraliis maximam reliquit, iteratis destillationibus cum aquâ destillatâ auferri debet.

Andr. Libavius censet, aquas corrodentes non temere solvendis coraliis adhibendas esse, quippe totam eorum substantiam vi noxiâ corrumpentes. At si ille spiritum vitrioli, & salis eorumq; similes in corrodentium numero ponit, in ipsius sententiam ire non possum. Ille enim humano corpori admodum salutares, non perniciosæ facultatis participes sunt, siquidem probè ac diligenter præparentur. Sed si ob id suspecti videntur, quod nimis repentina ac vehementi dissolutione coraliorum substantiam

tant, nihil interesse arbitror, quacunque vi solvant, dum modò solutione nihil de viribus illorum evanescat vel subtrahatur.

Verum si quis ab usu acrium ejusmodi spirituum abhorret, modum aperiam, quo vis mordax spiritus salis, aliorumque similium infringitur & gratum acquirit saporem, neque tamen penetrandi aut dissolvendi vim amittit. Spiritus salis purus, & ab aqueo phlegmate separatus, vitro firmissimè clauso exceptus consistat trimestri spatio in cineribus continuo atque æquali calore tepentibus, qualis est Solis calor, fructibus maturitatem adferens. Hoc modo spiritus ille vi corrodente exutâ, summam præstantiam consequutus maturescit uvarum & pomorum acerborum ritu, quæ caloris æstivi temperie cocta dulcescunt. Hic porrò spiritu vini permistus destillatione per alembicum propellitur. Id menstruum est, admirandæ potestatis. Etenim nō coralia solùm, sed & Solem arctissimâ ejus compage à perito artifice destructa potulentū reddit.

Qui-

Quidam ſolo vini ſpiritu coralia ſolvere conantur, ſed, me judice, operam perdunt, quod ei lapidum firmitas invicta reſiſtat. At ſi ille ſuo, aut tartari ſale, aut ſpiritu ſalis communis acuatur, magnum ipſi robur accedit, quo coralia & margaritas diſſolvere valeat. Eandem vim aſſumit, modico ſalis, quod vehementi uſtione coraliorum ex ipſis per aquam extrahitur, ipſi adjecto. Id commodiſſimum ſolvendis coraliis menſtruum exiſtere puto, cùm nihil alieni ad eam ſolutionem accedat, præter ſpiritum vini.

Ros majalis verum quoq; coraliorum menſtruum fit, ſi pars ipſius ſpirituoſa deſtillatione ſecreta cùm proprio ſale jungatur. Quicquid enim coralia ſolvit, beneficio ſui ſalis maximè id efficit.

Si quis autem relictis rebus alienis, ex ipſo coraliorum corpore menſtruum ad eadem ſolvenda quærit, ſpiritu ipſorum ardente utatur, de quo antea dictum fuit, aut aquam adhibeat coraliorum, proprio ſale acutam redditam, Id quod mihi tanquam arcanum

à quo-

à quodam Chymico non imperito commissum est. Cæterùm nonnulli sibi persuadent, coralia solvi posse, etiam nullius aquæ adjumento, si in pulverem versa & phialâ excepta ponantur in balneo vaporante. Sic fieri putant, ut illa beneficio caloris vapidi semetipsa tempore in liquorem resolvant.

Simili viâ quidam procedere in solvendo Talco conantur, felicem operis successum sperantes, si talcum toto semestri æquali Balnei calore foveatur. Sed qui hoc effectum dederit, neminem vidi. Quod autem probationibus ostendi non potest, id Experientia optima omnium magistra palàm facit.

CAP. VI.

De sale, magisterio, extracto, & butyro Corallorum.

SAl & magisterium Coraliorum vulgò pro una re habentur, & illa quocunque modo in pulverem resoluta utroque nomine appellantur. At si accuratè

ratè rerum vocabula discernamus, haud exiguo discrimine diversa sunt. Magisterium enim est res dissolutione & exhalatione in pulverem redacta, citrà ullam principiorum separationem, remotis tantummodò impuritatibus. Salis autem nomen haud meretur, quod non sapore salis præditum, neque in quovis liquore, aut in loco humido resolvitur ac liquescit. Sed is hodiè mos est Paracelsicorum, ut aliena nomina suis remediis imponere gaudeant, quanquam malè

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

Magisterium coraliorum in hunc ferè modum parabis: Dissolve coralia trita aceto stillatitio, aut alio menstruo penetrabili. Digerantur per noctem unam atque alteram. Quod dissolutum est, filtretur, & ei guttatim affundatur oleũ tartari, dum instar lactis albescat. Pòst affusa aquâ communi in loco tepido ponantur. Sic præcipitabitur pulvis candidus ad imum vasis. Aquâ separata alia affundatur, donec acredo omnis adempta sit. Tandem pulvis exsiccandus est ad usum. Mul-

CAP VII.

De oleo coraliorum.

CHymici in ponendis rerum vocabulis, ut anteà dictum est, haud sibi similes oleum modò tincturam, modò essentiam aut liquorem, & vicissim tincturam oleum appellant: salem etiam in loco humido liquefactum oleum vocant, quanquam acutè intuentibus appareret, quanto illa discrimine dissideant. Ego verò non vocabulorum sed rerum indagator, ejus rei præparationem ostendam, quam pleriqne auctores oleum coraliorum nominaverunt. Coralia aceto acerrimo dissoluta, & rursus exsiccata in vas retortum immittuntur, & destillando primum spiritus, deinde aucto calore oleum rubicundum suavissimi odoris propellitur, quod arte separandum est à spiritu.

Alii magisterio corallorum purissimo affundunt spiritum vini optimum, & ea simul in vase firmissimè occluso digerenda in B.M. seponunt octo dierum spatio.

ſpatio. Eo tempore coralia eſſentiam ſuam inſtar olei ſpiſſi ad extremitatem ſpiritus vini emittunt, quæ diligenter ſeparanda eſt. Poſteà affuſo alio ſpiritu elicitur oleum ut anteà. Hac viâ penè omnis coraliorum pulvis in oleum abit.

Paracelſus libro de quinto eſſe talem olei conficiendi rationem aperuit: Sume corallos tenuiſſimè pulveratos affunde illis ſuccum limonum in cucurbita ſive phiala,&pone in cinere calido, nec altiùs vas demerge, quàm materia eſt vitro incluſa. Relinque quadraginta dies in ſua digeſtione & ſolventur coralia in liquorem ſpiſſum. Poſteà adde aceti deſtillati tantum quantum ſucci limonum fuerat. Rurſus fac illa conſiſtere viginti dierum ſpatio in cineribus.

Tunc exemptis adde pauxillum moſchi optimi,(hic enim producit oleum) deſtilla per vitrum luto probo firmatum,calore non admodum vehementi. Aquam deſtillatam in vitro coque uſq; ad medietatem.

Rurſus paulatim deſtilla, donec aqua profluat aurei coloris. Aquam hanc

hanc exima & deſtillare perge igne forti, tantiſper dum aqua aurea prodit. Cùm primùm autem turbidus humor profluit, vas excipiens mutandum, & deſtillatio continuanda eſt. Si omnia refrixerint, videbis oleum flavum aquæ innatans, quod cautè ſecernendum eſt.

Idem author *libro de cœleſti medic.* Accipe corallorum libram, ſalis communis manipulos tres. Conterantur ſimul in pulverem ſubtiliſſimum, & in vitrum luto firmiſſimo munitum injiciantur.

Succende primùm lentum ignem, & eum ſenſim auge, donec ſpiritus & fumi in vas ſuppoſitum demittantur. Poſteà ignem urge vehementiùs, donec nullus ampliùs humor exeat. Quod ultimum profluxit, oleum eſt.

CAP VIII.

De Tinctura Coraliorum.

TInctura in Chimicorum familiâ interdum accipere pro lapide Philoſophi & diſcriminis gratiâ tinctura phyſica

physica appellatur: interdum nihil aliud est, quàm essentia rei cum ejusdem colore per menstruum idoneum extracta, vel ut alii volunt, tincturam appellamus, cùm integrâ manente corporum compage tantum elicitur vis formalis, unà cum colore. A quibusdam vocatur anima. Id confirmans *Paracelsus libro de quinta essentia*, Tinctura coraliorum, inquit, est essentia eorundem, quâ extractâ, quod reliquum est, nihil vel pauxillum virium habet. Idem ait, posse coraliorum substantiâ integrâ atque illæsâ tincturam ipsorum extrahi. Certè essentia absque colore tinctura non est, sicuti nec color sine essentia, quamquam Tinctura à tingendo derivata, si propria significatione accipiatur, tantummodo colorem, vel coloris inductionem notet. Tincturam non in vegetabilibus tantùm, sed etiam mineralibus summo studio multi quærunt, gnari maximam in illa vim rerum delitescere. Cur autem tàm avidè illam expetant, non aliam causam dari puto, nisi quòd præter summam effica-

ris profluere, quod singulare coraliorum menstruum est. Acetum quoque terebinthinatum, quod radicatum dicitur, in coraliis solvendis non exiguam vim habet, cujus descriptio talis est: Accipe terebinthinæ libras duas, aceti stillatitii tantundem, destilla in arenâ primò lento igne, donec acetum cum spiritu terebinthinæ effluxerit. Pòst aucto calore ignis prosiliet oleum flavum, & aqua rubicunda acerrima. Tunc cessandum. Separetur acetum ab oleo, & repetitâ destillatione corrigatur, ut fiat purissimum. Si coralia cum sulphure calcinantur, solvi possunt aqua simplici. Nonnulli ex summitatibus & comis alni destillant menstruum solvendis corallis aptum. *Joannes Tholdenius* in Haligraphia sua talem aquæ solventis præparationem tradit. Mercurius sublimatus tenuissimè contritus in cella ponitur, donec in aquam resolutus liquescat, quæ filtro defæcanda est. Hujus aquæ libram unam, vitrioli in pulverem contriti libras duas, nitri pulverisati librām unam in

vitrum

vitrum retortum injice, & destillatione propelle instar aquæ fortis. Ubi omnia refrixerunt, aquam exemptam receptaculo, ex cucurbita denuò vehementi destillatione provoca. Quod profluxit, iterum destilla ex cineribus, quoque in fundo reliquum est oleum, coraliis dissolvendis adhibeatur. Id celeriter effectum dat, quod alii liquores longo tempore. Acrimonia quam oleum in coraliis maximam reliquit, iteratis destillationibus cum aquâ destillatâ auferri debet.

Andr. Libavius censet, aquas corrodentes non temere solvendis coraliis adhibendas esse, quippe totam eorum substantiam vi noxiâ corrumpentes. At si ille spiritum vitrioli, & salis eorumq; similes in corrodentium numero ponit, in ipsius sententiam ire non possum. Ille enim humano corpori admodum salutares, non perniciosæ facultatis participes sunt, siquidem probè ac diligenter præparentur. Sed si ob id suspecti videntur, quod nimis repentina ac vehementi dissolutione coraliorum substantiam ever-

tant, nihil interesse arbitror, quacunque vi solvant, dum modò solutione nihil de viribus illorum evanescat vel subtrahatur.

Verum si quis ab usu acrium ejusmodi spirituum abhorret, modum aperiam, quo vis mordax spiritus salis, aliorumque similium infringitur & gratum acquirit saporem, neque tamen penetrandi aut dissolvendi vim amittit. Spiritus salis purus, & ab aqueo phlegmate separatus, vitro firmissimè clauso exceptus consistat trimestri spatio in cineribus continuo atque æquali calore tepentibus, qualis est Solis calor, fructibus maturitatem adferens. Hoc modo spiritus ille vi corrodente exutâ, summam præstantiam consequutus maturescit uvarum & pomorum acerborum ritu, quæ caloris æstivi temperie cocta dulcescunt. Hic porrò spiritu vini permistus destillatione per alembicum propellitur. Id menstruum est, admirandæ potestatis. Etenim nō coralia solùm, sed & Solem arctissimâ ejus compage à perito artifice destructa potulentū reddit,

Qui-

Quidam ſolo vini ſpiritu coralia ſolvere conantur, ſed, me judice, operam perdunt, quod ei lapidum firmitas invicta reſiſtat. At ſi ille ſuo, aut tartari ſale, aut ſpiritu ſalis communis acuatur, magnum ipſi robur accedit, quo coralia & margaritas diſſolvere valeat. Eandem vim aſſumit, modico ſalis, quod vehementi uſtione coraliorum ex ipſis per aquam extrahitur, ipſi adjecto. Id commodiſſimum ſolvendis coraliis menſtruum exiſtere puto, cùm nihil alieni ad eam ſolutionem accedat, præter ſpiritum vini.

Ros majalis verum quoq; coraliorum menſtruum fit, ſi pars ipſius ſpirituoſa deſtillatione ſecreta cùm proprio ſale jungatur. Quicquid enim coralia ſolvit, beneficio ſui ſalis maximè id efficit.

Si quis autem relictis rebus alienis, ex ipſo coraliorum corpore menſtruum ad eadem ſolvenda quærit, ſpiritu ipſorum ardente utatur, de quo antea dictum fuit, aut aquam adhibeat coraliorum, proprio ſale acutam redditam, Id quod mihi tanquam arcanum

à quo-

à quodam Chymico non imperito commissum est. Cæterùm nonnulli sibi persuadent, coralia solvi posse, etiam nullius aquæ adjumento, si in pulverem versa & phialâ excepta ponantur in balneo vaporante. Sic fieri putant, ut illâ beneficio caloris vapidi semetipsa tempore in liquorem resolvant.

Simili viâ quidam procedere in solvendo Talco conantur, felicem operis successum sperantes, si talcum toto semestri æquali Balnei calore foveatur. Sed qui hoc effectum dederit, neminem vidi. Quod autem probationibus ostendi non potest, id Experientia optima omnium magistra palàm facit.

CAP. VI.

De sale, magisterio, extracto, & butyro Corallorum.

SAl & magisterium Coraliorum vulgò pro una re habentur, & illa quocunque modo in pulverem resoluta utroque nomine appellantur. At si accuratè

ratè rerum vocabula discernamus, haud exiguo discrimine diversa sunt. Magisterium enim est res dissolutione & exhalatione in pulverem redacta, citrà ullam principiorum separationem, remotis tantummodò impuritatibus. Salis autem nomen haud meretur, quod non sapore salis præditum, neque in quovis liquore, aut in loco humido resolvitur ac liquescit. Sed is hodiè mos est Paracelsicorum, ut aliena nomina suis remediis imponere gaudeant, quanquam malè

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

Magisterium coraliorum in hunc ferè modum parabis: Dissolve coralia trita aceto stillatitio, aut alio menstruo penetrabili. Digerantur per noctem unam atque alteram. Quod dissolutum est, filtretur, & ei guttatim affundatur oleũ tartari, dum instar lactis albescat. Pòst affusa aquâ communi in loco tepido ponantur. Sic præcipitabitur pulvis candidus ad imum vasis. Aquâ separata alia affundatur, donec acredo omnis adempta sit. Tandem pulvis exsiccandus est ad usum. Mul-

Multi verò acetum, omnesque aquas nimiùm acidas coraliorum dissolutioni adhibere verentur, quòd constet, plerumque sal aceti post ipsius abstractionem pondus coraliorum excedere, tanta in iis acredine relictâ, quæ difficilimè tolli eluique possit. Verum id esse cognoscet, qui acetum, quo coralia sunt resoluta, in vapores vertet, vel destillando subtrahet. Magnum enim pondus illis accessisse comperiet.

Qui magisterium purissimum & ab omni crassamento terrestri liberum quærunt, coralia primùm resolvunt aceto acerrimo destillato, resoluta filtro destillant, & coagulant. Quod coagulatum est, rursus novo aceti spiritu solvunt, filtrant, coagulant, idque opus iterant, donec nihil immundi relictum maneat. Ultimo residuam materiam iteratis destillationibus ab acrimonia liberant. Id magisterium instar salis in loco humido frigido liquescit.

Coraliorum extractum seu *Butyrum* à Chymicis sic appellatum sic effectum dabis: Coralia in tenuissimum pulverem

rem redacta ſpiritu vitrioli perfunde ad duûm digitorum eminentiam, & effervescent, Ubi ceſſat fervor, ſpiritus lacteus relinquitur, quem effunde, relictiſque fæcibus hunc deſtilla in arenâ ad ſiccitatem. Quod in fundo manet, aquâ deſtillata elue, ut dulce evadat, ultimò exſicca in Sole. Liqueſcit hoc in ore inſtar butyri, unde nomen accepit.

Sal coraliorum propriè ſic dictum hoc modo parari ſolet: Coralia in fornace figulorum aut igne reverberante combuſta, ac in cinerem albisſimum verſa, aquâ deſtillata perfunduntur, donec ſal omne extractum ſit, quemadmodum ex cineribus aliis elici ſolet. Aquâ in vaporem diſcuſsâ, aut deſtillando abſtractâ in fundo vaſis ſal remanet, quod iteratâ ſolutione & coagulatione tandem inſtar Cryſtalli perlucidum evadit, & in cella poſitum liqueſcit.

CAP.

CAP VII.

De oleo coraliorum.

CHymici in ponendis rerum vocabulis, ut anteà dictum est, haud sibi similes oleum modò tincturam, modò essentiam aut liquorem, & vicissim tincturam oleum appellant: salem etiam in loco humido liquefactum oleum vocant, quanquam acutè intuentibus apparet, quanto illa discrimine dissideant. Ego verò non vocabulorum sed rerum indagator, ejus rei præparationem ostendam, quam pleriq; auctores oleum coraliorum nominaverunt. Coralia aceto acerrimo dissoluta, & rursus exsiccata in vas retortum immittuntur, & destillando primum spiritus, deinde aucto calore oleum rubicundum suavissimi odoris propellitur, quod arte separandum est à spiritu.

Alii magisterio corallorum purissimo affundunt spiritum vini optimum, & ea simul in vase firmissimè occluso digerenda in B.M. seponunt octo dierum spatio.

ſpatio. Eo tempore coralia eſſentiam ſuam inſtar olei ſpiſſi ad extremitatem ſpiritus vini emittunt, quæ diligenter ſeparanda eſt. Poſteà affuſo alio ſpiritu elicitur oleum ut anteà. Hac viâ penè omnis coraliorum pulvis in oleum abit.

Paracelſus libro de quinto eſſe talem olei conficiendi rationem aperuit: Sume corallos tenuiſſimè pulveratos affunde illis ſuccum limonum in cucurbita ſive phiala,&pone in cinere calido, nec altiùs vas demerge, quàm materia eſt vitro incluſa. Relinque quadraginta dies in ſua digeſtione & ſolventur coralia in liquorem ſpiſſum. Poſteà adde aceti deſtillati tantum quantum ſucci limonum fuerat. Rurſus fac illa conſiſtere viginti dierum ſpatio in cineribus.

Tunc exemptis adde pauxillum moſchi optimi,(hic enim producit oleum) deſtilla per vitrum luto probo firmatum, calore non admodum vehementi. Aquam deſtillatam in vitro coque uſq; ad medietatem.

Rurſus paulatim deſtilla, donec aqua profluat aurei coloris. Aquam hanc

hanc exima & deſtillare perge igne forti, tantiſper dum aqua aurea prodit. Cùm primùm autem turbidus humor profluit, vas excipiens mutandum, & deſtillatio continuanda eſt. Si omnia refrixerint, videbis oleum flavum aquæ innatans, quod cautè ſecernendum eſt.

Idem author *libro de cœleſti medic.* Accipe corallorum libram, ſalis communis manipulos tres. Conterantur ſimul in pulverem ſubtilisſimum, & in vitrum luto firmisſimo munitum injiciantur.

Succende primùm lentum ignem, & eum ſenſim auge, donec ſpiritus & fumi in vas ſuppoſitum demittantur. Poſteà ignem urge vehementiùs, donec nullus ampliùs humor exeat. Quod ultimum profluxit, oleum eſt.

CAP VIII.

De Tinctura Coraliorum.

TInctura in Chimicorum familiâ interdum accipere pro lapide Philoſophi & diſcriminis gratiâ tinctura

physica

physica appellatur: interdum nihil aliud est, quàm essentia rei cum ejusdem colore per menstruum idoneum extracta, vel ut alii volunt, tincturam appellamus, cùm integrâ manente corporum compage tantum elicitur vis formalis, unà cum colore. A quibusdam vocatur anima. Id confirmans *Paracelsus libro de quinta essentia*, Tinctura coraliorum, inquit, est essentia eorundem, quâ extractâ, quod reliquum est, nihil vel pauxillum virium habet. Idem ait, posse coraliorum substantiâ integrâ atque illæsâ tincturam ipsorum extrahi. Certè essentia absque colore tinctura non est, sicuti nec color sine essentia, quamquam Tinctura à tingendo derivata, si propria significatione accipiatur, tantummodo colorem, vel coloris inductionem notet. Tincturam non in vegetabilibus tantùm, sed etiam minerabilibus summo studio multi quærunt, gnari maximam in illa vim rerum delitescere. Cur autem tàm avidè illam expetant, non aliam causam dari puto, nisi quòd præter summam effica-

efficaciam oculis grata&aſpectu jucunda videatur. Sed vocabulum tincturæ ſæpenumero à Cacochymicis hodiè nimis alienâ ſignificatione uſurpatur, dum illi tincturam dicunt quemvis colorem à rebus vi ignis extractum, etiam nullius eſſentiæ participem: Et cùm aliquid longa digeſtione novum colorem accepit, tincturam ejus rei productam eſſe gloriantur, ignari coctionis beneficio evenire, ut menſtrua tempore rubeſcant.

Id affirmat *Arnoldus de Villa nova* qui ruber, inquit, color emergit perfectâ & abſoluta digeſtione vel coctione. Etenim ſanguis humano in corpore non perficitur, niſi ingenita vi hepatis & caloris nativi coctus. Unde mirum videtur *Beguinum* clariſſimum Chymiæ Scriptorem tantum ſibi permiſiſſe, ut Syrupum coraliorum tincturæ nomine dignatus fuerit. Vera igitur tinctura hiſce ſignis oſtenditur. I. Si color rei proprius atque intimus, non verò alienus extrahitur. II. Si tinctura extracta reliquum corpus pallidum & quaſi exſan-

exsangue jacet, amisso nativo colore. III. Si corporis essentia cum eâ simul extrahitur. IV. Si ejus copia sit exigua, quippe minima rei pars tinctura est. *Paracelsus* corpora è quibus tincturæ maximè produci possint, talia recenset *aurum, mercurium, antimonium, sal philosophorum, balsamum, melissam, chelidoniam, Valerianam, Chamædryn, Hirundinariam, cichorium, mumiam.* His addit *coralia rubea,* quorum tincturam à multis flagrantissimè hactenus quæsitam paucis invenire contigit. Etenim *Zuingerus* veram coraliorum tincturam semel tantum, Crollius nunquam se vidisse fatetur. Sunt qui illam è coraliis elici posse planè negant, credentes è longâ menstrui digestione semper illam rubedinem emergere. Sed hoc perspicuè falsum esse eâ ratione ostendi potest, quòd unum idemque menstruum coraliis rubris destinatum si albis affundatur, non rubescat nisi fortè longissimâ digestionis morâ: Rubris verò additum exiguo temporis spatio nativum illis colorem eripiat, cor-

pore relicto albo & exſangui. Id affirmare non auſus eſſem, niſi rem ita eſſe compertum haberem.

Cæterùm quomodo vera coraliorum tinctura ab aliis liquoribus rubicundis dignoſcatur, jam apertum eſt. Nunc ordo rerum poſtulat, ut eam inveſtigantibus viam aperiam, modosque omnes ſingillatim exponam, quibus illa comparetur. Quicquid autem à clariſſimis Chymicorum hactenus pro tinctuâ coraliorum habitum eſt, id nec ego alio nomine proſequar, nec ab illorum ſententiâ diſcedere auſim. Etenim tincturæ vox interdum ampliori ſignificatu accipitur. Hujus conficiendæ modos quàmplurimos autores tradiderunt, quorum aliquos elaboratos oculis vidi, quosdam manibus meis effectos reddidi. Eorum talis eſt ſeries.

Primus modus parandi tincturam coraliorum.

COraliis in tenuiſſimum pulverem redactis affunde ſpiritum ſalis, ut eo ſolvantur. Pòſt addito ſpiritu vini optimo fac ut in fimo equino menſis

ſpa-

ſpatio ſimul putreſcant. Innatabit oleum rubicundum, quod arte ſeparandum. Id habetur loco tincturæ.

II.

Ad eundem modum ſpiritus qui ex ſalibus plantarum deſtillatione elicitur, coraliorum fragmentis affuſus, magnam illa diſſolvendi poteſtatem habet. Si hæc poſt ſolutionem adjecto vini ſpiritu pauliſper in putrefactione conſiſtant, elegans tandem exorietur tinctura. Oportet autem ſpiritum adhiberi ex ſalibus ad morbum præſentem accommodatis. Si epilepſiæ remedium expetis, ſpiritum ex ſale *rutæ*, *pæoniæ*, *viſci querni*, *corylini* depromptum adhibeas. Et profectò ſi ſpiritus ſalis communis coraliis junctus inſignem præbet, & ſalutarem tincturam multò utiliorem magisque fructuoſum laborem ponimus in extrahendâ illa, quæ per ſpiritum ſalis convenientis perficitur. Sic *ad necandos vermes*, tinctura commodè extrahitur *ſpiritu ſalis tanaceti: ad affectus lienis*, *ſpiritu ſalis tamariſci*, *fraxini*, *gentianæ*, *centauri minoris*, *fumariæ*:

Ad hepar, ex sale eupatorii, absinthii : ad roborandum & purgandum uterum ex sale artemisiæ, melissæ. Sic ad omnes morbos, quibus coralium medetur, spiritus idonei ex plantarum salibus depromi possunt. Hoc loco haud occultum habebo novum atque inusitatum nec minus facilem modum destillandi spiritū ex omni salium genere, qui talis est. Alumen igne valido comburatur, donec acres illius spiritus exhalatione evanescant, & illud instar spongiæ pertusum perviumque conspiciatur. Hujus aluminis & salis par pondus accipe ; & inditum in vas retortum (quod ita aptandum est, ut quasi in capellâ pensile videatur) destilla gradibus caloris diligenter observatis. Hoc modo decem horarum spatio spiritum optimum propelles.

III.

Si quis Epilepsiæ graviorumque capitis morborum remedium desiderat, hâc tinctura non aliud præstantius esse sciat, cujus præparatio hæc est : Accipe æqua-

æquales coraliorum & salis rutæ partes. Immissas in vas retortum destilla paulatim, lento primùm, deinde vehementi calore. Quod primum exit, quodque ultimum est, utrumque seorsim pone. Hoc enim coraliorum & salis rutæ mixtum oleum est. Spiritum salis qui primò effluxit, coraliis recentibus contusis & confractis affusum aliquandiu digere. Extractum destillando secerne, & quod relictum est, cum oleo seorsim servato permisce, & aliquantulum digestioni committe. Ita vis maxima coraliorum cum spiritu salis rutæ communicatur, & elegantissima rubedo ostenditur. Si cui sal rutæ non arridet, ejus loco sumere licet aliud cujusvis plantæ sal, affectui præsenti accommodatum.

IV.

Quidam spiritum coraliorum ardentem pulveri ipsorum affundunt, & aliquandiu in digestione relinquunt. Unde tinctura provenit, quæ separata à reliquo menstruo, & cum spiritu vini juncta, ei colorem suum impertit.

V.

Nonnulli viam producendæ tincturæ commodissimam censent, cùm non corrodens menstruum, sed mite ac naturæ nostræ amicum adhibetur. Igitur coralia trium dierum spatio continuo calore, primò leni, deinde valido ad summum usque gradum verberantur, ita ut primùm albus, hinc flavus, ultimò rubeus color in illis conspiciatur. Quo apparente spiritus vini superfusus, levi digestione protinus pulcrâ rubedine tingi dicitur. At ego quanquam hæc ita esse non nego, productum tamen colorem eundem esse, qui coraliis integris needum ignem passis aderat, adduci haud possum ut credam. Etenim tàm violentâ & longa combustione maxima coraliorum vis, quam in tincturâ latere ajunt, in auras evanescit, nec aliud ferè superest, quàm sal illud fixum, cui equidem suas quoque vires, easque ingentes tribuo. Itaque hâc calcinatione idem accidit, quod in aliis corporibus, quæ longâ ustulatione novum colorem acquirunt. Certè vitriolum diu ustum,

rubrum

rubrum efficitur, ultimò subnigrum. Qui sal tartari diu multumque torrent, id modò citrinum, modò viride aut cærulcum, tandem rubrum aspiciunt.

VI.

Coraliis rubris in calcem redactis additus vini spiritus novies destilletur, vel toties, donec illa salis instar dissolvantur. Quicquid autem in imo remanet, recenti spiritu vini perfundatur, & toties destillatio iteretur, donec tinctura proveniat. *Guintherius Andernacus.*

VII.

Andr. Libavius talem tincturæ modum tradit: Coralia calcinentur tanta industriâ, ne color pereat, scilicet in reverberio secundi gradus. Calcem, exactè super marmore lægiva. Superfunde spiritum vini purissimum ad eminentiam octo digitorum. Digere in vase Hermeticè clauso.

VIII.

Observavit *Zuingerus* aliquando tincturam destillando prodire per a-

lembicum, si coralia in calcem versæ unà cum spiritu vini probè digerantur, & novies leni destillatione primò, deinde vehementi calore foràs pellantur, ita ut aqua primùm flava, posteà rubra exsiliat, quæ tinctura esse creditur.

IX.

Coralia vehementi ustione in cinerem verte. Affusâ aquâ destillata calidæ sal extrahe, idque filtratione & coagulatione sæpius iteratâ fac ut purissimum nitescat. Superfuso deinde spiritu vini tinctura sanguinei coloris protinus emergit.

X.

Plurimorum opinio est, rubedinem quam liquor coraliis affusus concipit, potiùs à digestione profectam esse, quàm ab illis, cùm constet vel solos liquores, quos menstrua appellamus perpetui caloris vi amisso pristino colore, novum assumere, quem nemo nisi artis Chymicæ ignarus tincturam appellaverit. Omninò negat *Crollius* spiritu mellis tincturam nostram posse elici.

Verùm

Verùm *Petræus* maximè spiritu mellis veram coraliorum tincturam extrahi posse censet, eo argumento, quod is ipse aurum omnium rerum solidissimū dissolvere valeat. Spiritus autem mellis hoc modo parandus est: Imponantur sacculi arenâ pleni, magnitudine pugni in mel destillandum, ne nimia efferveſcentia alembicum ascensu superet. Inde cinerum calore proliciatur spiritus. Is affusus fragmentis coraliorum continuò erubescit, quod indicio est, non à digestionis mora ruborem proficisci. Effuso quod tinctum est, rursus aliquid spiritus novi superfundatur, donec in coraliis nihil rubicundi relictum sit. Liquor iste rubeus in Balneo ita destillatur, ut subtracto aqueo humore in fundo spissus relinquatur succus. Huic additus vini spiritus omnem rubedinem confestim ad se rapit, qui rursus ad medietatem destillatione abstractus tincturam salutarem præbet.

XI.

Nonnulli hac via tincturam proferre conantur: Coralia trita cum salis nitri

æquo pondere cremantur, ita ut duodecim horis continuis fusa liquoris modo fluant. Quò fit, ut Coraliorum compage in omnium minimas particulas penitùs dissolutâ, illa faciliùs tincturam de se promere valeant. His peractis, nitrum à pulvere coraliorum adjecta aqua calida separatur. Pulveri siccato affusus vini spiritus in leni calore tincturam extrahit. Relicta coraliorum materia cum recenti nitro, ut antè, calcinatur, & rubedo rursus cum vini spiritu destillando subtrahitur, relicto rubicundissimo liquore, qui circulatione ad summam perfectionem deducendus est.

XII.

Beguinus inter alios tincturam conficiendi modos & hunc habet: Coralia cum æquali parte sulphuris calcinantur. Hinc aceto destillato superfuso tinctura elicitur. Sed meo judicio, non immeriò hunc modum damnat *Petr. Laurembergius*, certus rubedinem istam non ex Corallis,

lis, sed à reliquiis sulphuris emergere.

XIII.

Aliis hac ratione tincturam producere visum est: Coraliis minutissimè contritis additur par pondus nitri purissimi. Hæc permissa in tigillo ad consumptionem nitri. comburuntur, deinde duas horas candentia in igne consistunt. Hinc materia exempta,& in vitro spiritu vini superfuso digerenda seponitur, donec tinctura perspicuo eluceat rubore. Separato spiritu recens alius affunditur, donec omnem rubedinem imbibit. Effusus hic filtratur, & rursus coraliis sæpius affusus cum illis destillatur, donec magnam ipsorum partem secum traxit. Denique abstracto quod superfluum est,tinctura in fundo cucurbitæ relinquitur.

XIV.

Philippus Müllerus in miraculis Chymicis de tinctura tale dedit præceptum; Coralia contunde in pulverem

ſubtilem, ſemper irrorando aquâ, ne ſubtilior pulvis avolet. His factis, iterum miſce contuſam materiam cum aqua, ſimulque omnia per linteum duplicatum tranſmitte. In colatura pauculo tempore repoſitâ ſubſidebit materia ſubtilius pulveriſata. Effundatur per inclinationem aqua, & ulteriùs materiæ alteri miſceatur, & progredere ut priùs. Linguæ admovebis, & ſi aſperitatem nullam ſenſeris, ſufficit opus: ſin minus, materia parùm ſiccata, iterum pulveriſabitur, ut antè, & fiet progreſſus, donec inſtar farinæ ſubtilis evadat univerſa materia. Hæc ſolutio facilis eſt, optima tamen, & non adeò multis cognita, ut opus non ſit ſpiritu vitrioli, aceto deſtillato, ſucco limonum, berberum, aut aliis, quibus ad ſolutionem alii uti conſueverunt. Qui ulterius procedere cupit, ad extractionem nimirùm tincturæ, capiat ſpiritum vitrioli benè à phlegmate ſeparatum. Hic ſuperfundatur materiæ jam antè reſolutæ ad eminentiam digiti in phiala, cujus collum longius benè clauſum.

Pone simul in arena calente. Relinque donec coloretur spiritus colore rubro. Spiritum coloratum effunde, & alium novum affunde, donec amplius non coroletur. In totum menstruum corollatum infunde guttatim aquæ pluvialis destillatæ partem tertiam, & exigui temporis spatio subsidebit tinctura in fundo. Hujus tincturæ fiat edulcatio per aquam destillatam aliquoties infusam, & per destillationem separatam, usque dum alienus sapor omnis pereat. *Hæc Müllerus.*

XV.

Basilius Valentinus hunc in modum fieri tincturam jubet. Coralia rubra in tenuissimum pulverem redige, & affuso spiritu salis planè dissolve. Destillando spiritum separa, & salsedinem arte tolle. Accipe relicti pulveris uncias octo, sulphuris triti unciam dimidiam. Hæc mixta leniter ac paulatim comburantur, donec consumtum sit sulphur. Quo facto contere tantillum camphoræ cum corallis, idque accenso igne absume.

ſume. Reliquum pulverem dulcem redde, & affuſo ſpiritu vini æthereo calori digerenti committe; & emerget tinctura. Spiritum rubore tinctum effunde, & bonam illius partem leni deſtillatione aufer. Sic in fundo tinctura rubea inſtar olei pinguis remanebit.

XVI.

Sunt qui hac via procedunt: Pulvis coraliorum ſpiritu ſalis, ut anteà dictum eſt, calcinatur. Calx aqua ſtillatitia eluitur, ut ſalſedinem exuat. Deinde addito ſpiritu fit extractio. Extractiones cum cohobiis toties deſtillantur, donec tinctura prorepat ex alembico. Hinc ſeparatur ſpiritus per Balneum: Heic notandum, quod extractum eſt, ſemper circulandum eſſe decem dierum ſpatio, deinde eum cohobiis deſtillandum. Sexies id faciendum, ſemper adhibito novo ſpiritu. In quinta deſtillatione rubeus color dicitur prodire, & in ſexta pulvis totus rubeus in fundo manere. Etenim Chymicorum præſtantisſimi cenſent, quandiu aliquid de

corpo-

corpore manet, rubedinem ab albedine occultari. Quæ rubedo cùm domita albedine prodit, ſpiritus vini non ampliùs flavet, ut priùs, ſed rubet. Verùm niſi me opinio mea fallit, rubedo illa coraliis accedere videtur, vel à reliquiis ſpiritus ſalini, vel à menſtruo ſæpiùs affuſo, multumque digeſto.

XVII.

Haud disſimilem ferè tincturæ præparationem tradidit *Conradus in medullâ deſtillatoriâ* : Coralia primum aceto deſtillato diſſolvuntur, & abſtracto aceto aquis ſtillatitiis abluuntur. Solutio tamdiu iteratur, donec ſal coraliorum purisſimum eſſe cognoſcas. Hæc ſpiritu vini ſincero, & aquei humoris puro perfuſa quatuor aut quinque dierum ſpatio miti calore digeruntur, donec reſoluta colore fulvo ſpiritum impertiant. Spiritu auri colorem referente effuſo, recens alius affunditur, & in loco blandi caloris, ut anteà, ponitur. Neq; anteà finis hujus operis fit, quàm ſpiritus univerſam rubedinē ad ſe traxit. Extractum illud in cucurbita decē diebus

bus digestum & ut ajunt, circulatum, in Balneo sexies destillatur. Cùm ad siccitatem reliquiarum destillando abstractus est spiritus, recens additur. Sic quatuor primis destillationibus coralia quidem resolvuntur, attamen particula corporis in fundo manet. A quinta destillatione rubeus color se in conspectum dat. A sexta instar succi rubri aut olei spissi coralia in fundo jacent, à corporeo crassamento liberata.

XVIII.

Elegans hic quoque modus est: Coralia in tenuem pulverem redacta, spiritu vitrioli perfunduntur, & dissolutione factâ circulantur. Unde emergit pulcerrima tinctura, quæ tandem post debitam digestionem acrimoniç magnam partem deponit. Sed quamvis acer ille sapor remaneat, non ideò tinctura nihili facienda est, cùm & spiritus vitrioli per se sumptus nihil incommodet, quin potius salutaris medicina existat.

XIX.

Præstantissima mihi videtur illa tinc-

cturæ

ctura præparatio, quam *Georgius Phædro* inter alia momumenta medica scriptam reliquit: Super coralia rubra in minutissimum pulverem redacta vini spiritum fundito, ita ut coralia ad transversæ manus altitudinem vini spiritu contegantur, ac ampullâ optimè clausâ in fimo equino calente per mensem macerari finito. Nota sexies & decies ex ampulla in receptaculum impellendum esse. Compendiosiùs verò parari poterit, si quater in tantum fiat, nempè si, postquam semel impulsum fuerit, diebus octo rursus maceretur in fimo equino, sic ut in uno mense quater maceretur, & quater in aperto igne impellatur. Deinde in aperto igne decies & sexies ex ampulla summa arte in receptaculum subjectum impellito. Postremo vini spiritum per Balneum sedernito, sexies infuso super tincturam vel sedimentum prolecto spiritu, tunc oleum coralliorum rubicundissimum, & clarissimum in ampullæ fundo subsidebit.

Rarum

XX.

Rarum neque multis cognitum modum compertum habeo, quem Bonis invidere aut occultum habere religio mihi est. Ex vino optimo Rhenano, aut Hungarico, aut Cretico spiritus nobilissimus ac propè æthereus prolicitur. Phlegma quoque destillatione separatur. Relicta fæculenta materia omni humore destituta in cinerem vertitur, unde sal proprio phlegmate extrahendus est. Qui exsiccatus & crystallorum specie perlucidus, ac purissimè nitens cum spiritu suo iterum jungitur ac in eo dissolvitur. Hic spiritus quanquam acer est, & summè penetrans, non tamen corrodentium instar vim nobis infert, sed menstruum existit solvendis coraliis aptissimum, & humano corpori maximè salutare. Is super coralia fusus caloris digerentis beneficio tincturam brevi temporis spacio mirificè allicit. Cæterum à tinctura quod nimium est spiritus; destillando secernitur.

Qui-

XXI.

Quidam oleo corticum mali citrii ſtillatitio utuntur ad provocandam è coraliis tincturam. Qui id faciunt, laborem haud inanem capiunt. Illud namque oleum rubedinem coraliis exemptam adeò ad ſe rapit, ut illa alba & pallida relinquantur. Hæc tinctura Vormatienſibus uſitata inter alia nobiliſſima remedia *Domini Auguſti VVeiſſii*, viri inter peritiſſimnos Chymicorum eminentis, & Pharmacopœi Vormatienſis primarii extat.

XXII.

Sal ſive magiſterium coraliorum repetitis ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus defæcatiſſimum ac purisſimum, ſi cum ſpiritu vini aliquantulum circulatur in rubeum liquorem evadit.

XXIII.

Clarisſimi Viri *D. Danielis Sennerti*, Maximi Medicorum venia & pace mihi liceat heic inſerere modum ipſius, quo tincturam effici docuit in ſuis Inſtitutionibus: Accipe ſal coralliorum,

liorum, ex ipsis aceto dissolutis paratum. Impraegnetur spiritu aceti destillati, donec sal nihil istius spiritus recipiat, id quod fit hoc modo: Ad salis coraliorum libram unam adde aceti acerrimi uncias duas, & leniter id destilla. Exstillabit phlegma tantum insipidum. Secundâ vice affunde aceti uncias tres iterumque destilla, atque ita perge singulis vicibus unciam plus affundendo, idque continua donec acetum tàm acre à sale coraliorum destillarit, quale affusum est. Sal ita impraegnatum diebus triginta in B.M. digeratur, ac posteà per retortam in reverberio clauso destilletur, ita ut primò phlegma seorsim excipiatur, deinde spiritus albicantes etiam seorsim, donec omnes spiritus cum oleo rubro instar sanguinis prodierint. Hic spiritus per alembicum destillando rectificandus est, remanetque in fundo oleum rubrum. Spiritus verò recentibus coraliis infusus extrahit tincturam instar laccae rubicundam, quae si denuò ab hoc spiritu destillatione separatâ, & cum spiritu vini vel

alia

aliâ aqua cordiali conjuncta, & destillando & cohobando volatilis facta fuerit, evadit coraliorum tinctura.

XXIV.

Alia præparatio ejusdem auctoris: Accipe coraliorum partem unam, sulphuris vivi partes tres, calcinentur per gradus igne circulari per horas duas. Posteà calida & ignita adhuc in fictile VValdeburgicum ampli orificii, in quo sit acetum destillatum (ad coraliorum unciam unam aceti libram unam præterpropter,) & vas mox operculo claudatur. Hinc omnia in phialam vel cucurbitam infundantur, & vase diligenter clauso stent in loco calido per dies quatuordecim. Hinc acetum destillando separetur, & spiritu vini tinctura extrahatur. *Hæc Sennertus.*

XXV.

Meorum amicorum aliquis, qui sequens remedium in suis secretis semper habuit, tandem exorari sustinuit, ut mihi detegeret, tanquam esset res magni

magni momenti: Coralia rubra contusa perfunde spiritu salis, ut solvantur. Detrahe spiritum, & aquis destillatis acrimoniam tolle. Deinde adde ad octo uncias pulveris dimidiam sulphuris unciam, tere & misce. Torreantur leniter donec sulphur combustum sit. Tum adjice coraliis modicum camphoræ tritæ, & eodem modo combure. Edulcentur coralia, & spiritu vini sincero perfusa octo diebus digerantur, ut tinctura proveniat. Detrahe spiritus vini quod nimium est. Sic in fundo remanet rubicundus liquor instar olei. Si cui dubium est, an hæc tinctura sit vera, sciat maniacos & melancholicos hujus beneficio curatos esse. Eam ob causam sacrum hoc remedium habendum.

XXVI.

Quidam coralia unà cum pumice calcinant, rati longæ combustionis vi tincturam ab illis in istum transferri. Hujus rei authorem perhibent Clariss. *D.D. Hartmannum*, Chymicorum nostri ævi principem. Fragmenta coraliorum cum pumice usto calcinantur, ita

ut

ut in fictili cæmentatorio f.f.f. cum ambobus facto pumicis pars inferiùs duorum digitorum craſſitie ſata, fruſtula coraliorum hinc inde diſpoſita neque contigua accipiat, ac deſuper eâdem altitudine pars pumicis ſuperior ſuperinjecto operculo claudat. Fiat autem hæc cæmentatio igne reverberii, flammâ integri tridui. Quo opere finito pumex relictis albis coralliis tincturam imbibit. Hanc igitur ſpiritu vini ab illo extrahe, toties repetito opere, donec nulla rubedine ampliùs prodeunte omnis color extractus ſit. Extractum deſtillatione deminue, ad craſſitiem liquoris in fundo remanentis. Qui rurſus addito vini ſpiritu puriſſimo aliquandiu circulandus, & tandem ad ſpiſſitudinem deſtillandus eſt. Verùm rubedinem hanc non à coraliis profectam eſſe, ſed longâ conbuſtione pumici accedere, cumq; ſolum vehementer calcinatum, ſicuti alia multa, in ruborem dari multi arbitrantur. Sunt tamen qui id negant, & eodem modo ex aliis lapidibus tincturam elici poſſe ſtatuunt.

Et

XXVII.

Et hunc modum D. D. *Hartmanno* inventori adſcribunt. Coralia rubicundiſſima tenuiter pulverentur. Horum libra una cum æquali pondere nitri depuratiſſimi in marmore ſimul trita miſceatur. Deinde in furno convenienti locetur retorta terrea ſuperius tubulata, ſed ſubtus luto tenaciſſimo loricata. Admoto receptaculo ita ſubminiſtretur ignis, ut retorta paulatim candeat. Per tubulum itaque de pulvere coraliorum & nitri cochlear unum una vice immittatur, ac ſingulis vicibus obſtructo orificio hic labor tandiu iteretur, donec tota maſſa ſuperinjecta fuerit. Continuetur ignis ad horas octodecim, donec coralia probè calcinentur. Relinquantur donec penè refrigeſcant omnia. Exempta dum vaſa aliquantum calent, coralia nitrumque calentia in ſpiritus vini menſuram in vaſe capaci fruſtulatim projecta ſtatuuntur ſimul ad calorem lentum Balnei per octo dies. Vinum ardens tingitur luteo. Hoc per chartam emporeticam filtratum è

cucur-

cucurbita in B. destilletur ad siccitatem. Residuum in aquâ pluviali vel rore majali destillato solvitur, ilicò prodeunte rubedine. Coagulatur denuò, ac tertium etiam hâc operatione solutionis& coagulationis repetitâ fæcibus semper abjectis tandem quod reliquum est, in loco humido frigido in oleum seu liquorem pinguem rubeum solvitur. Super eundem porrò liquorem alkool vini fusum statim rubescit, tincturâ supernatante ac separabili, corpore verò albicante in fundo quiescente. Hæc tinctura in pelicano aliquandiu circulata mirabilis est virtutis.

XXVIII.

Quercetanus lib. de medic. spagyr. præp. ita monet: Calcina corallos rubros & electos igne reverberii, dando tamen calorem secundi gradus, ne tinctura ipsorum ignis violentia exhalet. Calcinatos pulverato super marmore tenuissimè, eosque indas in matracium vitreum, desuper infundendo menstruum cœleste, destillatum cum proprio suo saccharo, ut supernatet octo digitos.

Putrefiant omnia in Balneo vase Hermeticè clauso per decem dies, donec menstruum totam tincturam sibi adsciverit. Separato menstruo per B. remanet preciosa tinctura in fundo, Hæc ille. Hîc notandum est, Quercetani menstruum cœleste cum suo saccharo destillatum nihil aliud esse, quàm rorem mense Majo collectum, cum mellē aëreo digestum ac destillatum.

XXIX.

Coraliorum rubrorum confusorum libræ duæ in vas retortum VValdeburgicum immittantur, & supposito receptaculo acetum ipsorum destillando foràs propellatur. Deinde coralia vehementius urantur, donec reddantur albissima. Exemta in pulverem redige, & in vitrum injecta aceto destillato perfunde. Vitrum in lenem calorem colloca, donec acetum nihil amplius solvere valeat. Quod solutum est, secernas & recenti aceto sæpius affuso huic operæ ne parcas, donec universis coraliis dissolutis nihil præter terram inutilem remaneat. Confunde omnes solutiones in vi-

vitrum arenæ impoſitum, ac deſtillando phlegma ſepara. Ubi materia in vitro exſiccata videtur, remoto receptaculo aliud applica, & adhibito igne vehementi, fac ut ſpiritus ſublimis per alembicum proferatur, qui diligenter ſervandus eſt. Poſteà relictum pulverem album ſpiritu vitrioli penitus diſſolve. Solutione factâ ſpiritum magnâ ignis vi deſtillando ſecretum etiam ſeparatim contineas, ut de aceto dictum eſt. Denique coralia relicta ingenti urenda ſunt igne, donec amiſſum vel potius, ut quibuſdam placet, abſconditum colorem nativum recipiant. His infuſis proprius ipſorum ſpiritus veram tincturam producere dicitur.

XXX.

Coralia rubra cum pari pondere ſalis nitri contrita, commiſtaque induntur in catinum, & ſuper igne prunarum ſinuntur per dimidiam horam colliqueſcere, interim ferreo ſtylo aliquoties verſando, & explorando num materia ſit lævis & inſtar marmoris gliſcat ſine granis. Si nondum eſt talis, ignis diutius eſt adhibendus, donec

ſignum dictum appareat. Tunc ubi refrixit, albam maſſam invenis, quæ ex tigillo extracta teritur in pulverem ſubtilem, qui immiſſus in cucurbitam perfunditur vini ſpiritu bono, qui intra duas horas aſſumit tincturam. Effuſo primo & repoſito ſubmittitur alius, idque repetitur donec tingi deſinat. Effuſiones tinctæ filtrantur per chartam, & leni balneo ſpiritus ſeparatur uſq; ad tincturam rubeam perſpicuam, quæ valdè acris eſt, & linguam urit. Datur gutta una ex vino, vel julepo conveniente.

CAP IX.

De quinta eſſentia coraliorum.

QUanquam apud Chymicos quinta eſſentia & tinctura coraliorum interdum pro unâ re habentur, eodemque ſignificatu accipiuntur: attamen ſi accuratè rerum vocabula diſtinguamus, quinta eſſentia eſt quiddam tincturâ magis purum atque æthereum, neque terrenæ molis particeps. Sed hujus diſtinctionis parum memores plerique

que Chymici, cùm puriſſimam rei partem extrahentes, à corporeo craſſamento liberârunt, ſive id magiſterium ſit, ſive oleum, ſeu tinctura, eſſentiæ nomine notare haud verentur. Quintam eſſentiam, cujus præparationem *Beguinus* in tyrocinio Chymico longâ oratione proſequutus eſt, quamvis moleſta ſit, nec ſine magno labore, aut ſumtu poſſit perfici, hoc loco recenſebo, cùm quod ad coraliorum elaborationem pertinet, nihil omittendum videatur. Deſtillanda eſt magna aceti acerrimi quantitas, novum ſingulis vicibus ſuper priores fæces deſtillando, donec centum circiter libras aceti per Balneum optimè rectificati habeas. Requiruntur etiam minimum triginta libræ corallorum rubeorum in pulverem ſubtilem redactorum: Materia item plurima ampla, colli prolixioris, quibus ſingulis libra una corallorum imponatur, acetum paulatim & per vices affundendo, donec ad quatuor vel quinque digitos ſupereminear. Perque diem naturalem in Balneo digerendo, uſque dum acetum

dulcescat, & colore flavo imbuatur. Tunc menstruum decantandum, novum affundendum, donec omnia penè dissoluta sint. Menstruum per Balneum ex cucurbitis altis repetatur,&ad singulas salis libras unciæ duæ aceti affundantur & destillentur: deinde unciæ quatuor addantur,postea sex,ita paulatim & per vices alendo, tandemque infusiones de uncia in unciam minuendo, donec acetum tàm acre atque infusum fuerit,destilletur.Phlegma omne insipidum destillatum asservandum.Salia sale aceti armoniaco imprægnata in vapore calentis Balnei, fermentanda ibidem,donec odor gravis, & color ater appareat,quæ veræ putrefactionis sunt indicia. Cumque hæc apperuerint,sales resoluti calidè in retortas imponendi, eò quod statim in frigido congelentur, & per B. vaporosum vel cineres phlegma separandum, donec vapores sive fumi albi conspiciantur. Tunc cessandum,& destillatio per arenam in reverberio clauso continuanda usque dum omnes spiritus egressi fuerint, & oleum

rubrum

rubrum ſanguinis inſtar guttatim effluxerit. Fæces ſervandæ ad uſus ut poſteà dicetur. Liquores omnes deſtillatos odoratiſſimos, & inſtar aquæ ardentis flammam concipientes pone in cucurbitas altas, & lento Balnei calore à phlegmate ſepara, & loco frigido in vitris probè obturatis ſerva. Poſtea igne aucto phlegma urge, & ab oleo ſeparatum ad uſus repone. Interim fæces ſuperius reſervatas calcina in athanore, ſpacio quinque dierum in vaſe undique clauſo. Deinde vaſe aperto detur ignis per gradus, ut fæces nigræ cineritii coloris fiant. A quibus ſal eliciatur cum phlegmate priori reſervato, quod filtretur & coaguletur. Poſtea idem ſal diſſolve in phlegmate poſteriori ſervato, donec purum evadat, quod calore moderato exſiccari debet. Hujus ſalis accipe uncias duas, digere in B. per triduum. Boſtea levi B. calore deſtilla aquam inſipidam, quam ſeorſim ſerva. Itera eandem operationem, donec ſal in duplum ſui ponderis proprio ſale ar-

moniaco imprægnetur & augeatur, vel etiam paulo plus, vel donec spiritus tam acer aut fortis destilletur à suo sale, atque cum impositus fuit. Tum sal in vase idoneo pone ad sublimandum in cineribus spacio duorum dierum, dando ignem per gradus. Ita sublimabitur ad latera vasis materia candidissima instar nivis, quæ dicitur verum philosophorum sal armoniacum. Hujus salis armoniaci accipe unciam unam, spiritus rectificati uncias quatuor. Misce simul, & per biduum digere. Deinde destilla cum cohobiis, donec totum sal cum spiritu ascenderit. Hæc materia trinna circulari debet, donec exaltatio voto respondeat. Sic habebis quintam corallorum essentiam, cælestem substantiam, ab omni fæce terrenâ immunem, mercurium vegetabilem, & mineralem, clavem philosophicam, solidissima quævis corpora aperientem, ad medicamenta virtutum admirandarum paranda, modo omnibus veris philosophis noto. Tantum Beguinus.

Alius

Alius modus parandi quintam Coraliorum essentiam.

Accipe flores coraliorum, de quibus paulo pòst agetur. Contere subtilissimè, positisque in cucurbitâ vel phiala affunde sufficientem aceti destillati quantitatem. Digere vase clauso in cineribus, vel Balneo, igne lento, & videbis totum quasi corpus coraliorum in eo aceto (quod cæleste redditum septenâ destillatione & in pelicano attenuatum, foret optimum) solvi & acquirere colorem sanguineum, paucis fæcibus. Hunc liquorem destilla per filtrum, vel chartam bibulam. Hinc in B. calente coagula per exhalationem. Tritam calcem in phialam immitte, affunde aquam stillatitiam simplicem, vel rosaceam, Digere in cineribus vase clauso, lento igne. Solvetur quasi tota, & colorabit aquam sanguineo colore. Filtra, coagula in sole vel lenissimo igne in pulverem miræ pulcritudinis. Si libet, solve spiritu vini ad olei consistentiam.

III.

Nonnulli hac ratione essentiam conficiunt: Accipe coraliorum aceto solutorum, & rursus exsiccatorum pulverem, sive sal. Perfunde illud aceto Naturæ, non isto vulgari, sed suavi, & aquam pluviam viribus imitante. Id acetum sal coraliorum ita solvit, ut terrenæ fæces à subtilioribus partibus separentur. Quod dissolutum est, destillatur, & in fundo relictæ materiæ rursus hoc acetum affunditur, ut eo solvatur. Solutio & coagulatio tamdiu iteranda, donec coralia defæcatissima, nihil terrenæ impuritatis habeant. Postea nullo negotio illa in oleum rubicundum ab artifice verti possunt, quod aliquis tincturam appellare meritò posset. Nota acetum Naturæ esse rorem Majo collectum.

Iohannes Poppius,

CAP-

CAP. X.

De Coralliorum floribus, Cryſtallis, ſyrupo: de coraliis præparatis, confectione corallatâ, coraliis factitiis, & conſervando illorum rubore.

QUi tenuiſſimam leviſſimamque coralliorum ſubſtantiam expetunt, ea in pulverem redacta in ſummitatem alembici, vel ad latera cucurbitæ ſublimant, & quod elevatur, florem vocant. Quod enim optimum & præſtantiſſimum eſt, flos appellatur, quemadmodum flos vini dicitur vinum generoſum. *Cato de re ruſtica* florem ſalis vocat optimam & candidiſſimam ejus partem. Sic flores ſulphuris, antimonii, benjoini pro ſubtiliſſima puriſſimaque eorum parte accipiuntur. Flores corallorum in hunc ferè modum conficies: Corallia redige in ſubtiliſſimum pulverem per contritionem in marmore, & elutionem, quomodo terræ ſolent ab impuritatibus & craſſitie ſeparari. Poteris nonnihil aceti deſtillati addere, ut fiat offa, qualiter ſolent pictores

colores suos terere. Offam istam in validam concurbitam ex duplo vitro injice. Affunde acetum stillatitium, ut emineat duos vel tres digitos transversos. Impone alembicum cæcum, & juncturas luto tenacissimo claude, ne aceti spiritus se proripiat. Colloca in Balneum mediocriter calens, ut digeratur, putrescatque materia. Relinque in eo per tres, duas aut quatuor septimanas semper calente. His elapsis pro cæco rostratum affige alembicum, omneque acetum subtrahe, nec amove à balneo, nisi post unum atque alterum diem, quo spiritus acres exhalaverint, & benè calcinata fuerint corallia. Videbis subtiliores partes nonnihil in vitro elevari. Exemptas contere denuò super marmore cum aceto stillatitio, & fac pulmentum tenerrimum. Hoc in cucurbitâ affuso ut prius aceto per octo aut decem dies macera sub alembico cæco in balneo tepente. Acetum post haec elice, & materiam præterea in quartum diem in balneo coque ut ferveat nonnihil. Videbis iterum florem quendam intumescere,

mescere, & in vitro elevari aliquando ad medium vitri, specie capillamentorum tenuissimorum, & candidissimorum instar aluminis plumosi. Si peritus es hujus operæ, etiam tertio repete eundem laborem. Volatilem illam & subtilem materiam à crassiore fæce cum pennâ separa, & scorsim serva. Crassior pars novo aceto pertundi, digeri & destillari potest, & plures exibunt flores, qui cum prioribus jungendi. Hi si denuò aceto stillatitio solvantur, & eo abstracto, cum spiritu vini circulentur, in rubeum liquorem vertuntur.

Modus Secundus.

Accipe, minima coralliorum fragmenta, & posita in fictili firmissimo vel crucibulo fac ut igne candescant. Ignita projice in acetum stillatitium acerrimum. Effuso in aliud vas aceto rursus corallia igni imposita in crucibulo candescant, & ignita in acetum injiciantur. Hoc opere decies facto, cessandum est. Acetum à corallis separatum destilletur ad siccitatem. Accipe relictæ

in fundo materiæ & salis ammoniaci æquale pondus, contere simul & sublima. Videbis pulcerrimos flores elevatos, quos per aquam stillatitiam ablutos & edulcatos serva. Hi facile in liquorem abeunt.

Tertius Modus.

Similiter & pulvis corallorum subtilissimus cum pari pondere salis ammoniaci contritus & aliquoties cum eo sublimatus egregios flores præbet. Sic eâdem operâ flores salis ammoniaci, & coralliorum fiunt. Est & alius modus insignis sublimandi florem coraliorum, qui infra cap. de quinta essentia proponetur.

Flores sulphuris corallati.

Accipe Coraliorum libram unam, florum sulphuris uncias quatuor. Conterantur in pulverem tenuissimum. Immissa in cucurbitam ex arenâ sublimentur. Aquam profluentem seorsim pone. Ita flores sulphuris secum trahunt subtilissimam coraliorum partem, Hi flores

cæte-

cæteros vulgares & simplices viribus longè antecellunt, ubi morbi vis exigit. Cæterum si quis istos terebinthinæ spiritu dissolvat, haud dubiè balsamum pulmonis optimum, & simul præsentissimum roborando cordi remedium inveniet.

De Cryſtallis Coralliorum.

Sunt qui coralliorum magisterium sive sal purissimum & ab omni terrenâ fæce liberatum in lapillos perlucidos vel cryſtallos arte congelari posse existimant. Hâc autem viâ procedunt: Magisterium coralliorum in fictili mundo calcinant, ut sal aceti ex solutione residuus ustione consumatur. Relictæ materiæ affundunt aquam convenientem cum pauco spiritu vitrioli, eamque solvunt. Dissolutam filtro trajiciunt, & ad medietatem vel plus destillando abstrahunt. Quod reliquum manet, in loco frigido & humido positum in Cryſtallos concrescet.

Alius Modus.

Coraliis minutissimè contritis affunde

funde succum limonum. In digestione per quatuor dies consistant, ut solvantur. Postea affunde tantundem aceti destillati acerrimi, & rursus digestioni per viginti dies committe. Tandem destillentur simul igne aperto. Primò prodibit aqua candida, deinde lutea, ultimò oleum rubrum, quod aquæ innatat. Aquam ante dictam in B. destilla; ut phlegma separetur, reliquum pone in loco frigido, & lapilli concrescent.

Crystalli corallorum cum nitro.

Accipe salis coralliorum drachmas duas, nitri probè purificati tantundem, affuso aceto destillato solve, & dimidia parte per destillationem subtractâ, fac in loco frigido coagulentur. Erunt lapilli nitidissimi, qui in levando febrium æstu, & viribus instaurandis plurimum valent.

Crystalli coralliorum cum saccharo Saturni.

Accipe sacchari Saturni & salis coralliorum defæcatissimi æquale pondus. Disso-

Diſſoluta hæc aceto deſtillato vel aqua conveniente, per deſtillationem abſtracto quod ſuperfluum eſt, frigido loco concreſcent. Salutare hoc eſſe medicamentum puto, prçſertim in febribus, ob Saturnum domitorem febrium.

DE SYRVPO CORALLORUM.

Syrupus corallorum Quercetani.

Oportet perfectæ ſuæ maturitatis tempore exprimere, filtrare, & depurare perquam accuratisſimè ſuccum berberis, aut limonum: Nam aceto ſi ejuſmodi & acidi ſucci, quò perfectius depurati, & à craſſâ terreâ ſubſtantiâ, quâ ſcatent, exquiſitius ſegregati, eò aptiores erunt, & efficaciores ad diſſolvendum corallium craſſo modo contuſum. Ex cujus genere ad hunc ſyrupum conficiendum ſeligas omnium rubicundisſimum, & elegantisſimum. Hoc injiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum ſuccorum optimè

ptimè depuratorum, ut materia quatuor digitos aut paulò plus ſupernatet. Collum ſubere, vel cerâ Hiſpanica occludatur, & in balneum vaporoſum fervidum collocetur, hoc eſt, matracium aquam non attingat, ſed vapores ex aquâ bulliente aſcendentes circumquaque illud feriant, ubi neceſſe eſt, ut vas aquam continens ex omnibus partibus probè muniatur, atque claudatur, ne vapores exhalent. Hujus balnei calore, qui dies noctéſque per triduum integrum continuabitur, totum coralium in illo liquore ferè diſſolutum apparebit, idque colore ſubrubro & ſapore dulci. Effunde per inclinationem, quicquid diſſolutum fuerit, fæcibus ſi ita videbitur, novum ſuccum depuratum rurſus affundendo, & in cæteris procedatur, ut ſupra. Ad libram unam dicti ſucci, corallinâ eſſentia optimè impregnati, ſufficit ſacchari candi uncias ſex adjicere, & ad ſyrupi conſiſtentiam decoquere, in ipſo quidem B. vaporoſo, non tamen clauſo, ſed aperto: & vaſis loco accipere oportet alembicum, aut

ſimile

ſimile vas, cujus collum & orificium ſit ſatis amplum. Vide *Quercetani Pharmacopœam reſtitutam*.

Syrupus corallorum Joannis Langii.

Accipe aquæ ſtillatitiæ libras quatuor, ſpiritus vitrioli drachmam unam, affunde roſis rubris ſiccatis Paucis horis tinctura in aquam migrat. Hanc novis roſis affunde & exalta. Tandem filtratæ tincturæ adde corallorum ſolutorum ſucco berberum unciam unam, vel q.v. ſacchari q. ſ. & fiat julepus. Hic nihil aliud eſt, quàm tinctura roſarum ex coraliis compoſita.

Coralia præparata officinarum.

Selecta coralliorum fragmenta adhibita vino vel aquâ purè eluuntur, & in mortario contunduntur minutisſimè, deinde ſuper marmore vel lapide prophyrio in tenuisſimum & vix tactu percipiendum pulverem rediguntur. Ne autem ſubtilior pars coralliorum contritione in auras evaneſcat

nescat ac dissipetur, inter terendum semper aliquid aquæ communis aut rosarum adspergendum est, ut pultis speciem referant. Quæ exsiccata & frustillatim divisa ad usum serventur.

Confectio corollata, vel manus Christi corollata.

Accipe sacchari clarificati uncias octo, aquæ rosarum odoratissimæ uncias quatuor. Coquantur lege artis, & sub finem dimidiâ unciâ coralliorum præparatorum aut magisterii eorum adjectâ, aliquot guttulæ olei cinamomi aspergantur, & inde conficiantur rotulæ.

De Coraliis factitiis & adulterinis.

Arte naturam imitante coraliorum frutices veris perquàm simillimi formantur, qui ob eximium ipsorum decus à quibusdam in deliciis habentur. Itaque jam ostendetur, quomodo conficiantur, & à veris discernantur, ne forsan imperitis rerum fucus fiat. Accipe ramenta cornu caprini albi & nitidi, à sordibus mundati & puriter abluti. Dissolve

ſolve ea lixivio facto ex cinere fraxini, quod aliquoties per filtrum tranſmiſſum ſit & defæcatum. Duarum hebdomadum ſpatio fit, ut plane diſſolvantur, & ſpiſſæ pultis ſpeciem habeant. Poſteà cinabaris quantum ſufficit cum illis permiſceatur & figurentur corallia, ut libet. Hæc torno & ferramento adhibito in nitorem dentur.

Secundus Modus.

Accipe calcis vivæ quantum libet, vino affuſo extrahe lixivium. Poſteà minii partes duas accipe, cinabrii unam, calcis quinque. Cum albumine ovorum & modico ſalis miſce, ut fiat maſſa, unde formentur coralli. Poſtremò coquantur in oleo ſeminis lini ut ſplendorem capiant. *Paracelſus.*

III.

Accipe gypſi partes duas, calcis puræ partem dimidiam, minii & cinabaris, utriusq; partem unam, albuminis ovorum quantum ſufficit. Figurentur coralli. Idem auctor.

IV.

Alii hoc modo conficiunt: Ramenta

ta cornu cervi albisſimi ponantur in calce vivâ, modico humore conſpersâ. Sic novem dies imota conſiſtant. Hinc igne coquantur, & bullientibus aliquid gummi tragacanthi & Arabici benè triti adjiciatur, omniaque probè permiſceantur. Adde tantum cinabrii, quantum ad nativum colorem inducendum neceſſe eſt. Maſsâ ab igne remotâ coraliorum formæ manibus fingantur.

V.

Aliqui ſumunt ſcobem cornu bovis albi, & in lixivio acerrimo poſitam quindecim dierum ſpatio diſſolvunt, poſteà vehementer coquunt, dum liqueſcat. Liquefactam percolant, & cinabari tingunt. Maſſam exſiccatam formâ coralliorum figurant, ac pulvere quodam Tripolitano confricantes nitidam reddunt.

VI.

Author eſt *Gallus Philoſophus*, corallium ſequenti modo diſſolutum in naturalem formam reduci poſſe. Fiat primò aqua fortis ex vitrioli librâ una, ſalis nitri pari pondere, adjectis cinabrii

bri unciis quatuor. In ea dissolvatur corallus rubeus, minutissimè tritus, donec in pastam spissetur. Aquâ per declinationem separatâ, in ejus locum alia affundatur communis, idque toties fiat, dum nihil acre remaneat. De relicta massa quidvis conformari poterit. Quod formatum est, in pane è farina secalæ confecto per noctem condatur.

VII.

Cinabaris cum albumine ovorum supra marmor conteratur per integram horam. Deinde paulisper exsiccentur ad spissitudinem argillæ. Formentur ramuli pro lubitu in coraliorum speciem. *Paracelsus.*

VIII.

Omnium nobilissima est illa corallorum palingenesis, cujus meminit *Paracelsus in Archidoxis*, ubi inquit: Si tinctura corallorum reddatur ipsorum magisterió, posse ab artis Chymicæ perito pristinam illorum speciem planè restitui, corpore ipsorum dissoluto, & in limum mutato, denique formâ coralli figurato. Iam demonstratum

tum est, quomodo corallia adulterina formentur. Hæc autem vera & nativa non esse, indicium est, quod igni imposita facilè consumantur vel in pulverem dilabantur, veris maximè ignem sustinentibus.

Coraliorum rubeus color ut conservetur, vel amittatur, vel amissus recuperetur.

Coraliorum coloris ratio non magis dari potest, quàm rosæ. Hujus enim investigatio superat humanum captum, nec ad primas aut secundas qualitates referri debet, ut nasuti nonnulli existimant, qui omnium rerum caussas ex his qualitatibus venantur. Deus hujuscemodi coloribus res ornavit, ac eorum seminaria seminibus ita inseruit, ut alii ab insito spiritu architectonico produci non possunt. Ita statuit *Anselmus Boetius.*

Admiranda sanè est coralii natura, quod ejus baccæ à viro gestatæ splendorem suum semper conservent, sed fœminis adalligatæ pallore tandem af-

afficiantur, vireſque amittant. Hujus rei cauſam proponit *Levinus Lemnius*, quòd ſuavis halitus à virili corpore emanans, illa recreet caloris nativi temperie, quâ prædití ſunt mares. Contrà multis obſervationibus conſtat, ſi quis gravi morbo affectus, vel jam moriturus coralia collo geſtet, illa nativo colore amiſſo palleſcere. Unde à quibusdam Vates appellantur, quòd futura præſagiant. Cujus cauſſam dat *Cardanus*, quòd vapor ille qui nondum moleſtiam homini adferre poteſt, ſubſtantiam teneriorem coralli adfligat. Sed quanquam hæc ratio quodammodò veriſimilis eſt; tamen ſatius & laudabilius mihi videtur, Naturæ abſcondita admirari, quàm rationes incertas reddere.

Coraliorum rubedo reparatur, ſi pulvis juglandium veterum & ſalis nitri illis affricetur: Vel ſi ſemine ſinapi obruta ſerventur, nitorem non amittunt, ſed magis rubicunda evadunt. Quidam urinam puerorum antiquam, & quæ faces depoſuit, per inclinatio-

funde succum limonum. In digestione per quatuor dies consistant, ut solvantur. Postea affunde tantundem aceti destillati acerrimi, & rursus digestioni per viginti dies committe. Tandem destillentur simul igne aperto. Primò prodibit aqua candida, deinde lutea, ultimò oleum rubrum, quod aquæ innatat. Aquam ante dictam in B. destilla, ut phlegma separetur, reliquum pone in loco frigido, & lapilli concrescent.

Crystalli corallorum cum nitro.

Accipe salis coralliorum drachmas duas, nitri probè purificati tantundem, affuso aceto destillato solve, & dimidia parte per destillationem subtractâ, fac in loco frigido coagulentur. Erunt lapilli nitidissimi, qui in levando febrium æstu, & viribus instaurandis plurimum valent.

Crystalli coralliorum cum saccharo Saturni.

Accipe sacchari Saturni & salis coralliorum defæcatissimi æquale pondus. Disso-

Dissoluta hæc aceto destillato vel aqua conveniente, per destillationem abstracto quod superfluum est, frigido loco concrescent. Salutare hoc esse medicamentum puto, pręsertim in febribus, ob Saturnum domitorem febrium.

DE SYRUPO CORALLORUM.

Syrupus corallorum Quercetani.

Oportet perfectæ suæ maturitatis tempore exprimere, filtrare, & depurare perquam accuratissimè succum berberis, aut limonum: Nam aceto si ejusmodi & acidi succi, quò perfectius depurati, & à crassâ terreâ substantiâ, quâ scatent, exquisitius segregati, eò aptiores erunt, & efficaciores ad dissolvendum coralium crasso modo contusum. Ex cujus genere ad hunc syrupum conficiendum seligas omnium rubicundissimum, & elegantissimum. Hoc injiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum succorum optimè

ptimè depuratorum, ut materia quatuor digitos aut paulò plus ſupernatet. Collum ſubere, vel cerâ Hiſpanica occludatur, & in balneum vaporoſum fervidum collocetur, hoc eſt, matracium aquam non attingat, ſed vapores ex aquâ bulliente aſcendentes circumquaque illud feriant, ubi neceſſe eſt, ut vas aquam continens ex omnibus partibus probè muniatur, atque claudatur, ne vapores exhalent. Hujus balnei calore, qui dies noctesque per triduum integrum continuabitur, totum coralium in illo liquore ferè diſſolutum apparebit, idque colore ſubrubro & ſapore dulci. Effunde per inclinationem, quicquid diſſolutum fuerit, fæcibus ſi ita videbitur, novum ſuccum depuratum rurſus affundendo, & in cæteris procedatur, ut ſupra. Ad libram unam dicti ſucci, corallinâ eſſentia optimè imprægnati, ſufficit ſacchari candi uncias ſex adjicere, & ad ſyrupi conſiſtentiam decoquere, in ipſo quidem B. vaporoſo, non tamen clauſo, ſed aperto: & vaſis loco accipere oportet alembicum, aut
ſimile

ſimile vas, cujus collum & orificium ſit ſatis amplum. Vide *Quercetani Pharmacopœam reſtitutam.*

Syrupus corallorum Joannis Langii.

Accipe aquæ ſtillatitiæ libras quatuor, ſpiritus vitrioli drachmam unam, affunde roſis rubris ſiccatis Paucis horis tinctura in aquam migrat. Hanc novis roſis affunde & exalta. Tandem filtratæ tincturæ adde corallorum ſolutorum ſucco berberum unciam unam, vel q.v. ſacchari q. ſ. & fiat julepus. Hic nihil aliud eſt, quàm tinctura roſarum ex coraliis compoſita.

Coralia præparata officinarum.

Selecta coralliorum fragmenta adhibita vino vel aquâ purè eluuntur, & in mortario contunduntur minutisſimè, deinde ſuper marmore vel lapide prophyrio in tenuisſimum & vix tactu percipiendum pulverem rediguntur. Ne autem ſubtilior pars coralliorum contritione in auras evaneſcat

nescat ac dissipetur, inter terendum semper aliquid aquæ communis aut rosarum adspergendum est, ut pultis speciem referant. Quæ exsiccata & frustillatim divisá ad usum serventur.

Confectio corollata, vel manus Christi corollata.

Accipe sacchari clarificati uncias octo, aquæ rosarum odoratissimæ uncias quatuor. Coquantur lege artis, & sub finem dimidiâ unciâ coralliorum præparatorum aut magisterii eorum adjectâ, aliquot guttulæ olei cinamomi aspergantur, & inde conficiantur rotulæ.

De Coraliis factitiis & adulterinis.

Arte naturam imitante coraliorum frutices veris perquàm similimi formantur, qui ob eximium ipsorum decus à quibusdam in deliciis habentur. Itaque jam ostendetur, quomodo conficiantur, & à veris discernantur, ne forsan imperitis rerum fucus fiat. Accipe ramenta cornu caprini albi & nitidi, à sordibus mundati & puriter abluti. Dissolve

ſolve ea lixivio facto ex cinere fraxini, quod aliquoties per filtrum transmiſſum ſit & defæcatum. Duarum hebdomadum ſpatio fit, ut plane diſſolvantur, & ſpiſſæ pultis ſpeciem habeant. Poſteà cinabaris quantum ſufficit cum illis permiſceatur & figurentur corallia, ut libet. Hæc torno & ferramento adhibito in nitorem dentur.

Secundus Modus.

Accipe calcis vivæ quantum libet, vino affuſo extrahe lixivium. Poſteà minii partes duas accipe, cinabrii unam, calcis quinque. Cum albumine ovorum & modico ſalis miſce, ut fiat maſſa, unde formentur coralli. Poſtremò coquantur in oleo ſeminis lini ut ſplendorem capiant. *Paracelſus.*

III.

Accipe gypſi partes duas, calcis puræ partem dimidiam, minii & cinabaris, utriusq; partem unam, albuminis ovorum quantum ſufficit. Figurentur coralli. Idem auctor.

IV.

Alii hoc modo conficiunt: Ramenta

ta cornu cervi albisſimi ponantur in calce vivâ, modico humore conſpersâ. Sic novem dies imota conſiſtant. Hinc igne coquantur, & bullientibus aliquid gummi tragacanthi & Arabici benè triti adjiciatur, omniaque probè permiſceantur. Adde tantum cinabrii, quantum ad nativum colorem inducendum neceſſe eſt. Maſsâ ab igne remotâ coraliorum formæ manibus fingantur.

V.

Aliqui ſumunt ſcobem cornu bovis albi, & in lixivio acerrimo poſitam quindecim dierum ſpatio diſſolvunt, poſteà vehementer coquunt, dum liqueſcat. Liquefactam percolant, & cinabari tingunt. Maſſam exſiccatam formâ coralliorum figurant, ac pulvere quodam Tripolitano confricantes nitidam reddunt.

VI.

Author eſt *Gallus Philoſophus*, corallium ſequenti modo diſſolutum in naturalem formam reduci poſſe. Fiat primò aqua fortis ex vitrioli librâ una, ſalis nitri pari pondere, adjectis cinabrii

bri unciis quatuor. In ea diſſolvatur corallus rubeus, minutiſſimè tritus, donec in paſtam ſpiſſetur. Aquâ per declinationem ſeparatâ, in ejus locum alia affundatur communis, idque toties fiat, dum nihil acre remaneat. De relicta maſſa quidvis conformari poterit. Quod formatum eſt, in pane è farina ſecalæ confecto per noctem condatur.

VII.

Cinabaris cum albumine ovorum ſupra marmor conteratur per integram horam. Deinde pauliſper exſiccentur ad ſpiſſitudinem argillæ. Formentur ramuli pro lubitu in coraliorum ſpeciem. *Paracelſus.*

VIII.

Omnium nobiliſſima eſt illa corallorum palingeneſis, cujus meminit *Paracelſus in Archidoxis*, ubi inquit: Si tinctura corallorum reddatur ipſorum magiſteriò, poſſe ab artis Chymicæ perito priſtinam illorum ſpeciem planè reſtitui, corpore ipſorum diſſoluto, & in limum mutato, denique formâ coralli figurato. Iam demonſtratum

afficiantur, vireſque amittant. Hujus rei cauſam proponit *Levinus Lemnius*, quòd ſuavis halitus à virili corpore emanans, illa recreet caloris nativi temperie, quâ præditi ſunt mares. Contrà multis obſervationibus conſtat, ſi quis gravi morbo affectus, vel jam moriturus coralia collo geſtet, illa nativo colore amiſſo palleſcere. Unde à quibusdam Vates appellantur, quòd futura præſagiant. Cujus cauſſam dat *Cardanus*, quòd vapor ille qui nondum moleſtiam homini adferre poteſt, ſubſtantiam teneriorem coralli adfligat. Sed quanquam hæc ratio quodammodò veriſimilis eſt; tamen ſatius & laudabilius mihi videtur, Naturæ abſcondita admirari, quàm rationes incertas reddere.

Coraliorum rubedo reparatur, ſi pulvis juglandium veterum & ſalis nitri illis affricetur: Vel ſi ſemine ſinapi obruta ſerventur, nitorem non amittunt, ſed magis rubicunda evadunt. Quidam urinam puerorum antiquam, & quæ faces depoſuit, per inclinatio-

nem in vas vitreum effundunt, & in eâ coralia mergunt, perque dies aliquot correlinquunt, donec pulcro rubore conspicua reddantur. Alii coralia, ut pristinum recipiant colorem, supra sterquilinium suspendunt, ita ut stercus non attingatur, sed tantummodò vapor ejus admittatur.

CAP. XI.

De viribus Coraliorum.

ADmirentur alii, & laudibus efferant lapidum preciosissimos, *Adamantem, Smaragdum, Rubinum, Hyacinthum, uniones, &*

-- gemmarum quicquid felicibus undis
Nascitur, Eoi qua maris unda rubet.

Me judice, coralium propè divinis viribus omnes gemmas superat. Nec gemmis tantùm, sed cunctis etiam herbis mihi præferendum videtur. Quid multis opus est? In uno coralio tot potestates cernuntur quot non in alio Terræ partu invenire possis. Fateor lapidem *Bezoar, margaritas, unicornu, cornu cervi,* & alia

& alia ejusmodi genera eximiæ potestatis esse, sed remedium nullum ostendi poterit, quod multitudine & præstantiâ virium cum coraliis comparari possit; id quod paulò pòst multis rationibus atque exemplis probabitur. Cæterum si primas coralii albi & rubei qualitates perpendamus, aliqua differentia inter utrumque apparebit. Album enim, ut Platearius censet, frigidum magis est, quàm siccum: Rubeum frigidum minùs quàm siccum. Quod enim majorem ignis partem habet, fit rubrum: quod plus aquæ, album fit. *Avicenna*, coralia ait frigida esse in primo, sicca in secundo gradu. Verum ubi majori adstrictione opus est, alba rubris præferuntur. *Cornelius Celsus* coralium inter adurentia referens, ab *Hieronymo Rubeo* in editis ad illum notis reprehenditur, cùm potiùs refrigerent, adstringant, & ulcerum cava expleant. Verùm *Avicenna* eo loci intelligendum putat non ipsum coralium; sed anagallidem herbam colore phæniceo coralio similem. Ego verò existimo, *Celsum* verba

facere de vero coralio, non quidem crudo, sed usto, quod gustantibus acerrimum & summè mordax deprehenditur. *Jacobus Zuingerus* coralia, inquit, duriora corpuscula sunt, nec vim suam liberè exercent. Si verò mollescat duricies, & quæ terrenas partes in unum cogit, vis valida ceu in arenam progrediatur, nihil est, quod amplius vel operationi illorum eximiæ, vel incredulæ multorum diffidentiæ obsistere queat. *Paracelsus* & quicunque in ejus verba jurârunt, eò majorem vim inesse coraliis dicunt, quò majora sunt, & ramis conspicua cæteris eminent. Hoc si ita est, eâdem de causâ margaritæ parvæ minus quoque habebunt virium grandioribus. Sed his omissis omnes coraliorum potestates, quas *Zoroastes*, *Metrodorus*, *Orpheus*, *Marbodus*, *Albertus Magnus*, *Paracelsus* & alii auctores gravissimi illis tribuerunt, singillatim enumerabo. Mederi autem illa dicuntur gravissimis capitis affectibus, Apoplexiæ, epilepsiæ, incubo, paralysi, convulsioni, contractioni, vertigini, maniæ, melan-

melancholiæ, terrori nocturno, insomniis turbulentis, phrenitidi, delirio, stultitiæ; somnum adferunt: destillationes sistunt: aciem oculorum exacuunt, & reliqua eorum vitia corrigunt: Sanguinem è naribus, è pectore aut quacunque parte profluentem cohibent: ardorem faucium & linguæ restinguunt; dentes firmant, eosque carie exesos eradicant: gingivæ mala removent: Phthisi & pleuritidi resistunt: cor recreant, & ejus tremorem, palpitationem, syncopen levant: Venenum & pestem depellunt: à febri liberant: ardorem stomachi, & oxyreuma auferunt: Symptomata ex vitriolo assumto relevant: dolores ventriculi, & intestinorum leniunt: Eorum tonitru & murmur conpescunt: hepar corroborant, hydropi medentur & fluorem hepaticum coërcent: lienteriam, dysenteriam, & omne alvi profluvium reprimunt: lienem absumunt, & ejus infractus expediunt: sanguinem mundant, concretum dissolvunt, & ejus integritatem tuentur: Vermes necant:

Venerem excitant : calculum comminuunt, & expellunt : Immodicum ſanguinis menſtrui fluorem ſedant: Uteri robur firmant, fœtum reficiunt, gravidis vires addunt, monſtra & abortum fieri prohibent : vulnera conſolidant: morphæam, lepram, cancrum, herpetem & omnia ulcera ſanant: Cicatrices obducunt, earum veſtigia delent, carnem excreſcentem conſumunt. Podagræ medentur: Typhones, fulmina, grandinem omnemque adverſam tempeſtatem avertunt: Dæmones & ſpectra fugant : incantamentis reſiſtunt: obſeſſos reſtituunt : ferarum incurſus inhibent : pericula fluminum declinant, & viatores à latronum inſidiis defendunt : odium inter domeſticos excitatum propulſant : Agris inſperſa fœcunditatem dant, & ab illis mures, locuſtas, erucas, & omne vermium genus arcent. Has omnes vires in coraliis eſſe antiqui crediderunt. Num autem tanta medelarum miracula illis fiant, & quomodo dictis affectibus accommo-

commodata eventum præstent, jam ordine declarabitur.

Epilepsia, Apoplexia, Vertigo, incubus, capitis imbecillitas.

Maximorum capitis affectuum, nobile remedium coralium esse constat. *Paracelsus* coralium, ait, valetudinem hominis integram tuetur, ne quis incidat in morbum comitialem, velut insignis hujus mali antidotus. *Trallianus* coralium comitialibus alligatum cum cerebro asini plurimum prodesse scripsit. Quanquam autem illud per se multum valet, tamen aliis ejusdem facultatis medicamentis permixtum, aut dissolutum, multò potentius redditur, veluti si dissolvatur spiritu vitrioli antepileptico, cujus elegans descriptio hæc est: Vitriolum-Hungaricum præstantissimum aquâ fontana solvitur. Quod solutum est, diebus octo in loco tepente positum relinquitur, donec excrementa in imo subsideant. Purum à fæcibus secretum per filtrum mittitur, idque absumptâ per lentum calorem

majori parte aqueæ humiditatis in loco frigido & humido in cryſtallos puriſſimas concreſcit. Hoc vitriolum ſole vel loco calido exſiccatur. Vbi exaruit, vaſi retorto luto tenaciſſimo obducto ingeſtum deſtillatur more ſolito. Profluit phlegma primùm, tùm ſpiritus, tùm oleum. Quæ omnia in Balneo novâ deſtillatione ſeparantur. Oleum deniq; quod alembicum non aſcendit, ex retortâ propellitur, & ſeparatim ſervatur. Intereà ſemina pæoniæ, viſcum quernum, flores tiliæ, cornu cervi, cranium humanum, & alia epilepſiæ conferentia dicto phlegmate perfuſa decem dies conſiſtant in loco calido. Spiritu autem coralia rubra contrita diſſolvantur. Deinde phlegma, quo medicamenta macerata ſunt, percolatum affunde vitriolo Hungarico recenti probè defæcato, ut illud reſolvat. Deſtilla in B. ad ſiccum. Iterum atque iterum cucurbitæ in rectum deſtilla ad ſiccitatem, quò corpus vitrioli penitiſſimè diſſolvatur. Tandem etiam ſuperfunde ſpiritum & oleum deſtillatione correctum.

Immitte

Immitte hæc simul in phialam longi colli, & aptato alembico spiritum ex cineribus destilla, qui levis & maximè penetrans est, & colore viridi. Dosis scrupulus in aqua florum tiliæ, vel pæoniæ. Coraliorum pulvis infantibus recens natis cum lacte materno ingestus, eos ab epilepsiâ defendere, & per omnem vitam immunes servare dicitur. Idque authoritate *Arnoldi de villa nova* confirmatur, qui grana decem coralii rubri infanti recens nato ante omnem alium cibum exhibita, tutum eum ab epilepsiâ reddere ait. Quod & *Camillus Leonardus* Medicus Pisaurensis sæpius se expertum esse testatur. Qui in hanc rem efficacius medicamentum desiderat, poterit isto composito uti:

℞. Coralior. rubr. præp. scrup. i.
magarit. præp.
fæculæ pæoniæ ana scrup. dimid.
fiat pulvis tenuissimus.

Tantum valet crudus coraliorum pulvis. Multò igitur plus efficaciæ erit magisterio, vel tincturæ, vel essentiæ ipsorum. *Penotus* tincturam illorum

dimidiæ drachmæ pondere epilepticis paulò ante paroxyſmum offerendam cenſet. Non autem in humano corpore tantum coralia hos effectus edunt, ſed & beſtias epilepſiâ correptas mirificè juvant. Magna certè pars remediorum eſt, quorum inſignes vires animalium brutorum indicio humano generi innotuerunt. Et quæ illis aliquando auxilio fuêre, ea homines ſibi quoq; profutura exiſtimârunt. Sic author libri de arte falconariâ refert, integras coraliorum baccas falconibus epilepſiâ affectis devoratas præſentiſſimum eſſe mali remedium. Coralium & ſuccinum ut in mari ambo naſcuntur, ita virium ſimilitudine quodam̃odo conveniunt. Hanc ob cauſam, operæ precium faciunt, qui illis permiſtis oleum deſtillando eliciunt hoc modo: Coralia contuſa, & cum ſuccino mixta ſimul per vas retortum deſtillantur. Liquor profluens recentibus coraliorum fragmentis additus iteratâ deſtillatione exigitur. Denique ſpiritus ab oleo ſeparatur. Hoc oleum ſuccini corallatum vocatur, mirabili vi prædi-

tum,

tum, non in epilepsiâ tantùm, sed etjam cæteris capitis affectibus utile. Spiritus coraliorum quamvis per se præstantissimum sit remedium, si tamen artifex ulteriùs progressus Solem & Lunam eo dissolvat, medicinam incomparabilis efficaciæ elaborabit. Coralium quoque tinctura cum aquâ ipsorum permixta similiter capitis morbos miris modis obtundit.

Pulvis antepilepticus Angeli Salæ.

℞. *Cranei humani*
Coralior. rubr.
Vngulæ alcis calcinat.
Margarit. ana unc. dimid.
sem. pæoniæ excortic. unc. ij.
Camphoræ scrup. j.
Ol. majoranæ gut. xij.
Aq. flor. tiliæ unc. viij.

Pulveratis pulverandis cætera adjiciantur, & consistant in balneo calente octo diebus digerenda. Posteà destillando humiditas abstrahatur, relicto pulvere in fundo, qui denuò teratur, & ad usum servetur, in vitro probè clauso.

Pulvis alius antepilepticus.

Coralia rubra in tenuissimum pulverem redacta dissolvantur liquore, qui ex crudo non autem calcinato vitriolo destillavit. Humore separato relicta coralia serva.

℞ *Corallior. hoc modo præp. unc. ij.*
C. C. usti unc. dimid.
Camphoræ gr. vj.
Ol. succini
majoranæ
lavendulæ ana gr. vj.
Ambræ gryseæ gr. viij.

Mixta in mortario vitreo tenuissimè conterantur, summâ diligentia. Erit pulvis suavissimi odoris, qui in vitro servandus est. Hic miræ potestatis contra epilepsiam infantium esse dicitur, si cum aquâ conveniente offeratur.

Pulvis Cratonis contra Epilepsiam & Vertiginem.

℞ *Cinabaris nativæ unc. dimid.*
Coral. rub. præp.
Magarit. præp. ana scrup. ij.
Fol. auri n. xv.

Croci

Croci scrup. j.

Mixta redigantur in pulverem.

Pulvis antepilepticus, quem pro secreto quidam habent.

℞. *Cinabaris antimonij*
Magister. Corall.
Perlar.
Cranij human. ana drachm.

Redigantur in pulverem. Dosis gr. 8. in aq. conveniente.

Epithema contra dolorem capitis à causa calida:

♃. *Corall. rubr. præp. drachm. j.*
Margarit. præp. scrup. dimid.
sal. saturni scrup. dimid.
Aq. rosar.
semperv. ana unc. j.

Paralysis, convulsio, contractio.

Coralium paralysis & convulsionis remedium esse *Paracelsus* & *Penotus* testantur. Quod sanè verisimile est, cùm id Epilesiæ, & Apoplexiæ cæterisque capitis morbis conferre paulò antè demonstratum sit. Non autem crudum id præstat, sed ejus essentia, aut tin-

ctura praecipuè quæ *spiritu tartari, salis, vitrioli, terebinthinæ, ligni sancti* extracta sit: aut *oleum succini corallatum, aut magisterium corallorum spiritu tartari dissolutum*; quod & partes principes corroborat, & humorem noxium per sudorem depellit. Vel oleum hoc modo paratum valebit: Accipe coraliorum minutissimè contritorum libras duas, salis gemmæ libram unam. Hæc per vas retortum destillatione acta oleum proferunt, cujus sex guttulis quotidiè in aquâ conveniente sumptis exiguo temporis spatio convalescunt, quibus membra morbo contracta sunt.

Melancholia, mania, insomnia turbulenta, terror nocturnus.

Coralia dum cerebro, cordi, ventriculo & hepati robur addunt, sanguinisque puritatem tuentur, fit ut melancholia & mania, cæterique ejus generis affectus hominem non invadant. Sed & occultâ quadam & peculiari vi pollent, adeò ut de collis puerorum suspensa, ipsos à nocturno terrore, & insomniis turbu-

turbulentis defendant. Dantur illa præmiſſis digeſtionibus & potionibus helleboratis, vel oxymelite helleborato cum aquis ſtillatitiis ſcolopendrii, cuſcutæ, fumariæ meliſſæ, cum ſyrupo de fumaria, de epithymo, de polypodio, de pomis Regis Sabor.

PHRENITIS, DELIRIUM.

Pulvis ad phrenitidem Rondeletii.

℞. Corall. rubr. ſesquidrach.
ſem. coriandri drach. ij.
Flor. nympææ drach. iij.
Violar.
Roſar. ana drach. ij.
ſem. lactucæ
papaveris an. drach. j.
ſantali rubri ſcrup. ij.
Fiat pulvis tenuiſſimus, quo conſpergatur pars capitis anterior.

Deſtillationes capitis.

Ob eximiam adſtringendi & ſiccandi vim, quâ prædita ſunt coralia, humores à capite in ſubjectas partes deſtil-

destillantes cohibere & reprimere dicuntur. Dantur in aquâ capiti dicatâ, præcipuè serpylli, quod in sistendis & exsiccandis destillationibus plurimùm valet. In hoc affectu primas tenet *coraliorum tinctura, spiritu ligni sancti, juniperini, querni, & buxini extracta*: Item *oleum succini corallatum* suprà descriptum, & confectio seu *manus Christi corallata*: *Oleum quoque vitrioli corallatum*, quod hoc modo fit: Coraliorum & vitrioli æquum pondus destillando per vas retortum agitur. Spiritus primò, tùm oleum profluit, admirandæ potestatis, quod repetitâ destillatione corrigendum est.

Vigiliæ.

Plinius refert, coraliorum surculos ex vino potos, aut si febris sit, ex aquâ somnum adferre, non aliam ob caussam, opinor, quàm quia capitis affectus levando simul robur cerebro conferunt, nisi quis frigus ipsorum hujus rei caussam statuere malit.

Emulsio somnifera.

℞. Corall. rub. præp. drach. j.

Sem-

Sem.papav.alb.drach.ij.
Aq.flo. nymphææ
Lactucæ an.unc.j.

Fiat s.a.emulsio, quæ vel extrinsecus capiti cum linteo admoveri potest, vel ore assumi.

Oculorum vitia. Visus obscuritas.

Narrat *Plinius*, coralliorum cinerem oculorum medicamentis misceri: Et *Ioannes Platearius* asserit, illa oculorum dolores lenire, panos & obscuritatem tollere & corruptelæ ipsorum subvenire, si in collyrio illis admoveantur. *Avicenna*: coralia abstergunt cicatrices oculorum, & foveas earum carne implent. Quidam magisterium coraliorum edulcatum,& omni salsedine liberum aquâ verbenæ dissolvunt, idque oculis vel instillant, vel cum linteolo applicant, ad augendam ipsorum aciem,fluxionesq; sistendas aut absumendas. *Serapio* coralia lacrymis & lippitudini oculorum conferre inquit.

Essen-

Essentia coraliorum ophthalmica Paracelsi.

R. *Corall. trit. unc. ij.*
Aquæ ligustici lib. j.
salis gemmæ
Vitrioli albi an. unc. ij.

Digerantur calore debito per mensem. Rubram inde essentiam subtrahe, & coagula. Hæc in aqua ophthalmica dissoluta & oculis admota defluxiones mirificè compescere & pustulas discutere fertur.

Pulvis oculorum maculas tollens.

R. *Corall. rub. in tenuissimum pulverem redact.*
sacchari candi.
Cineris lacertorum æquales partes.
fiat pulvis oculis inspergendus.

Dentium & gingivæ affectus.

Coralia in pulverem contrita dentes firmant, & candidos reddunt, si illis affricentur. Quinetiam, *Avicenna* teste: si cava dentium infirmorum illis impleantur, funditùs eradicantur, & corroboratur gingiva. Ulceribus quoque oris,

oris, & gingivis tabescentibus conferunt, si postquam os elutum est aquâ aluminosâ, unà cùm pulvere rosarum rubrarum gingivæ aspergantur. Præterea sanguinem è gingivis manantem cohibent, si cum rosis rubris & antherâ in pulverem redactis inspergantur, quemadmodum *Platearius* præcepit. In hunc finem varia dentifriciorum genera componuntur.

℞. Corall. rubrorum
alborum ana drach. ij.
Cineris nicotianæ
stipitum roris marini
C.C. usti
Rasuræ eboris ana drach. j.
Rad. ireos.
Aluminis roch.
Mastichis
Rosar. rubr. an. scrup. j.
Moschi gr. j.
silicum albiss. combust. unc. dim.
Mixta redigantur in pulverem.

Quidam loco pulverum stylos fricandis dentibus adhibent, qui sic parantur.

R. Co-

℞. *Corall. rubr.*
alb.
Pumic. præp. an. drach. ij.
C. C. usti præp. unc. dim.
galliæ moschat. scrup. j.
moschi
ambræ an. gr. ij.
gummi arab. in aq. rosarum
dissoluti, & albuminis ovor. q. s.
Fiat massa, unde formentur styli oblongi.

Ardor linguæ & faucium. Prunella.
Æstus internus.

Sunt qui in hoc affectu coralia succo berberum dissoluta cum aquæ prunellæ miscent, & ægrotis gargarizanda præbent. Eadem in aquâ nymphææ vel acetosæ aut succo sempervivi assumpta ardorem quemvis internum restinguere dicuntur, hâc de caussâ febrib. salutaria, ut paulò pòst ostendetur. *Albertus Magnus* compertum est, inquit, coralia sanguinis fervorem restinguere.

Hæmorrhagia. Sputum sanguinis.

Non manifesta tantùm vi adstringente

gente & exſiccante, ſed etiam abdita coagulandi facultate coralia ſanguinem è naribus aut faucibus erumpentem cohibere ſtatuit *Paracelſus*. *Plinius* author eſt, ea ſanguinem rejicientibus & exſcreantibus mederi. Quidam cenſent, coralia manibus incluſa hæmorrhagiam ſiſtere. *Baſilius Valentinus* in curru triumphali antimonii ſcripſit, magiſterium antimonii cum tinctura coraliorum aſſumptum in omnibus morbis, quibus ſanguis rejectatur, eos ad miraculum levare. Album coralium, *ait Boëtius*, de collo ſuſpenſum ita ut pectus contingat, hæmorrhagiam ſiſtit, multorum experientia. Ob has vires expetuntur coralia ad *trochiſcos de terrâ ſigillata, de coralio, de charabe*, *& ad diacodium Actuarii*. Offerri autem debent ex aquis vel ſuccis ad affectum præſentem accommodatis. Quòd ſi hæmorrhagia oriatur ex partibus nutritioni dicatis, coralia præparata, vel eorum magiſterium probè edulcatum exhibeatur cum aqua plantaginis, portulacæ, equiſeti, burſæ paſtoris. Vel ut *Platearius*

monet,

monet, coralia tenuissimè pulverata cum succo plantaginis subigantur, & inde formentur trochisci paulatim deglutiendi. Si verò ex vitio pectoris malum existat, idem auctor jubet trochiscos concinnari ex coraliorum pulvere & tragacantho in aquâ hordei dissoluto. Addit hos aliquantulum ore detinendos, & ubi dissoluti sunt, devorandos esse. Si quis sanguinem è naribus manantem sistere cupit, ex ejusdem auctoris præscripto, coraliorum pulverem cum succo plantaginis bombyce involutum naribus immittat.

Pilulæ sanguinem sistentes.

R. *Pulveris coralior. drachm. j.*
succi sanguinariæ q. s.
fiant pilulæ naribus immittendæ.

Potio ad hæmorrhagiam.

R, *Syrupi coraliorum unc. j.*
Aquæ folior. querc. unc. ij.
succ. plantag. drachm. ij.
fiat haustus frigidè sumendus.

Bene-

Benedicti Victorii Faventini potio contra sputum sanguinis.

℞ succi portulacæ
plantaginis an. unc. j.
Corall. rub. præp. drach. j.
Lapid. hæmatit. pulv. drach. dim.
Misce, fiat haustus.

Eclegma Varandæi hæmoptoicis utile.

℞ Boli armen.
Terræ sigillat.
Coralli utriusq; an. drach. dim.
sacchari rosac. unc. dim.
cum albumine ovi agitentur, & fiat eclegma.

Vnguentum sanguinem sistens.

℞ ol. myrtill. unc. ij.
mastichin. unc. j.
sang. draconis
Cortic. thuris an. drach. j.
Boli armen.
Corall. rubr. an. drach. ij.
Ceræ alb. q. s.
Fiat unguentum, quo frons, aut pectus illiniatur.

Epithema sanguinem sistens.

℞ Pulv. corall. rub. drach. j.

Bol.

Bol.armen.
sang.dracon.ana drach. dimid.
Aq.plantag.unc.ij.
Album ovor.n.j.
F. epithema.

Phthisis.

Coralia phthisi resistere *Paracelsus* experientiâ edoctus ait, quòd sanguinis eruptionem cohibeant, ulcera consolident, & destillationes in pectus illabentes reprimant, substantiam denique corporis inviolatam servent. Cum igitur ex Hippocratis decreto sanguinis sputo sputum puris succedat,&humore acri diu multumque ad pulmones defluente eosque erodente phthisis oriatur, meritò id pro remedio illius habetur,quod ipsius caussam prohibet.Itaque monet *Paracelsus* ut coraliorum usus à tabescentibus continuetur, donec urina ipsorum non amplius spumosa conspiciatur. At si huic tàm gravi mobo depellendo coralia haud sufficiunt, *flores sulphuris corallati* suprà descripti adhibeantur. Si quis autem nobilius remedium quærit, istos flores adjecto spiritu tere-

terebinthinæ leni calori commissos aliquantisper digerat,donec tinctura proveniat, quæ *balsamum sulphuris* appellatur. At cordiale simul & pectorale optimum comparabis, si hâc via processeris. Coralia contrita cum sulphure probè calcinentur, ut suprà monitum est, & flores sulphuris minimum ter eleventur, ut purissimi existant.

R. *Horum coraliorum*
florum sulphuris ana unc.iij.

Superfuso spiritu terebinthinæ diligenter correcto rubeus color spissus extrahatur, qui dici meretur *balsamum sulphuris corallatum.*

Pleuritis.

Petræus censet ad signaturam coralia pleuritidi conferre. Id adfirmat *Platearius medicus Salernitanus. Quercetanus* quoque illorum mirabiles affectus satis prædicare nequit, præsertim si talis compositio fiat.

R. *salis prunellæ drach.ij.*
pulv.florum papav.rhæad.
coralior.rubr.ana drach.j.

ſacchari violati unc.dimid.
Redigantur in pulverem.

Doſis drachmæ duæ ex aqua papaveris rhæadis vel cardui benedicti.

Experientiâ teſte ſequens quoque emulſio multis pleuriticis profuit.

R. *Nuc.avellanarum rubr.drachm.iij.*
Aquæ papav.rhæad.unc.iij.
fiat ſ.a.emulſio
adde
Coralior.rubrorum præp.drach.j.
Mãdib. Lucii piſcis drach. dimid.
fiat potio.

Pulvis antipleuriticus.

℞. *Magiſt.corall.rubr.*
Margarit.ana ſcrup.j.
oculor.cancr.
Mãdibulæ Lucii piſc. ana ſcrup.ij.
Mixta redigantur in pulverem.

Cordis affectus. Tremor cordis. Deliquium animi. Virium directio.

Quæcunque remedia adhibentur ad cordis mutandam intemperiem, ea nec nimio æſtu incandeſcere debent, aut frigore torpeſcere: verùm genuinâ quadam moderatione ac temperie parti

ti huic principi abblandiri debent: quin & putredinem arcere, recreare spiritus vitales, ac tenuem calorem cordis excitare, aut tueri, facilem quoque spirationem conciliare debent. Aut hæc auxilia talia sint, quæ totâ vi Naturæ suam operam dicârunt, non à temperie profecta facultate, sed ex abdita vi, sensibusque omninò incomperta. Itaq; coralia cum tales habeant vires, meritò cæteris cordialibus aut præferuntur, aut præstantissimis æquiparantur. Hanc ob caussam concurrunt ad plurimas compositiones officinis usitatas, quales sunt, *species pro epithemate cordis*, *species de hyacintho, de gemmis*, *diamargariton*. *Avicenna* coralium, ait, proprietate corroborat cor, quam adjuvat illuminatio, exsiccatio, & solidatio cum vi adstrictoria. *Cornelius Agrippa* coralia Veneris imperio, alii Solis potestati subdita esse ob effectus eorum solares censent. Adversus tremorem cordis præcipuè commendatur oleum coraliorum cum salè ex retorto vase destillatum, quod suprà descriptum fuit.

Suavissima est illa confectio *Cratonis* corroborans.

R. *Coralior. rubr. præp. scrup. j.*
Moschi gr. ij
ol. Caryophyll. g. iiij
sacchari albiss. in aqua rosarum dissoluti unc. iij. fiant orbiculi.

Egregium cordiale hoc modo confici potest: Coralia contrita solvantur aceto suaveolenti, non destillato. Eo percolato rosæ rubræ & Caryophyllei flores perfundantur ut fiat *acetum corallatum*, quo ubi opus est, nares, cor & arteriæ irrigandæ sunt, aut linteolũ illo madefactũ his locis admovendum est.

Tinctura cordialis preciosa.

Coraliorum pulveratorum uncia conteratur cum foliorũ auri drachmis duabus per integrum diem, ut fiat pulvis lævissimus & tactu vix percipiendus. Hic in crucibulo vehementi calcinentur, donec colore fuscus vel purpureus evadat. Postea affuso spiritu salis eliciatur rubicunda tinctura, quàm auri potabilis vicem supplere quidam arbitrantur.

Pul-

Pulvis cordialis preciosus.

R. *Corall. rub.*

Margarit. ana unc. ij.

Hæc super marmore lævigentur cum aquâ rosarum, vel alia conveniente, & siccentur. Rursus super lapide terantur, paulatim affuso spiritu salis, quo aurum fuit solutum. Posteà injectis in matracium spiritus vini æthereus superfundatur, ut simul circulando aliquantisper digerantur. Ille denique blando calore ad siccitatem destillando abstrahendus est. Quod in imo manet, in pulverem redigatur.

Boëtius refert, se aliquando febri ardente correptum sex guttis tincturæ coraliorum cum decocto violarum assumptis ita refectum fuisse, ut natura ipsius sumto robore morbum facilè superaverit. Ad cordis affectus offerenda sunt coralia quomodocunque parata cum aquis cordialibus, melissæ, rosarum, violarum, buglossæ, boraginis.

Epithema cordiale Guintherii Andernaci.

R. *Coralii utriusq;*

santalorum omnium an sesquidr.
Croci scrup.dimid.
Caphuræ gr.iij.
Aceti unc. dim.
Aq.ros.unc.iiij.
acetosæ
buglossæ an.unc.dim.

Aliud epithema ejusdem auctoris.

R. *Corall: rub. sesquidr.*
santal.omnium an.drach.ij.
rof. rub.
flo.bùgloss.
borag.an.drach.j.
Been albi & rubri an.sesquidr.

Hæc minutim contusa & inclusa sacculo serico, & aqua rosarum, buglossæ, boraginis modicè irrigata cordi admoveantur.

Venenum.

Veneni ea natura est, ut corpori ingestum, aut extrinsecus admotum ad cor nobilissimum viscus penetrare properet, perniciem ejus moliens, cujus statu integro corpus valet, & eo periclitante languet. Quare omnium primò corroboran-

borandum est, ut hosti suo sufficere possit. Id quod maximè coraliis possumus præstare, quæ non tantum ingens cordi rubor addunt, verum etiam veneno vehementèr resistunt. Quod *Orpheus* noster pluribus pronunciavit versibus:

Vulnera quæ fecit per acumina scorpio cauda,
Lethalesq́ notas serpentū dente paratas
Coralii virtus sacro medicamine tollit.
idem:
Illa venenatos pellunt è corpore po[illegible]*s.*
& in fine:
Disce quod in vino soleāt prodesse bibenti,
Quem pupugit serpens, vel acuto vipera telo.

Quam ob caussam *Quercetanus* coraliorum tincturam inseruit suæ Theriacæ diatessaron regiæ, quæ sic habet:

R. *Tinctura auri*
Coraliorum
omnium lapid. precios.
viperarum ana unc. j.
nepenthes majoris unc. ij.

Dosis est pilula una grani piperis magnitudine.

Paracelsus in archidoxis suis hoc remediũ commendat.

R. *Corall.præp.scrup. V.*
Theriacæ unc.dimid.
Radic. lapathij mai. ad pondus omnium.
Alkool vini libr.dimid.

Stent in digestione octo dierum, & destillentur. Dosis à gr.xv. ad scrup.ij.

Pestis.

Inter remedia, quæ hominem à peste defendunt, coralia multum eminent. Ob id nonnullis compositis pesti resistentibus immiscentur, ut *pulveri rubeo Pannonico, pulveri bezoartico Nicolai, electuario de bolo, Electuario Papæ, confectioni de hyacintho, confectioni liberantis & aliis*, Quorum descriptiones in dispensatorio Augustano extant. Tinctura vel essentia coraliorum contra pestem offertur ex aquâ theriacali, vel aceto alexiterio. Ajunt hominem à pestilenti aëre tutum esse, si quotidiè salis coraliorum dimidiam drachmam in aquâ idonea sumat. Paracelsus hanc potionem in peste laudavit.

R, *li-*

R. *liquoris corall. scrup. j.*
ossis de C. C. scrup. dimid.
spodii scrup. dim.
Aquæ bethonicæ q. s.
f. haustus.

Potio sudorifera contra pestem.

R. *Aq. theriacalis unc. j. & dim.*
spir. tartari correcti drach. j.
spir. vitrioli drach. dim.
ol. margar. vj.
Coraliorum scrup. j.
terebinthinæ g. v.
bacc. juniperi g. iiij.
Essentiæ chelidoniæ drach. dim.
Aq. radic. tussilag.
Eryngii an. unc. j.
flor. sambuci
Violarum lutear. an. un. dim.
Vini rubri dulcissimi unc. ij.

Misceantur & fiat potio, non quidem unâ vice sumenda, sed pro judicio Medici, in duas vel tres partes dividenda.

Potio contra pestem incerti authoris.

R. *liquoris Corall.*

margarit.an.ſcrup.j.
ol.myrrh.
oſſis de C.C.an.ſcrup.dim.
unc.moſch ſtillat.g.v.
Aq.hirundinariæ
bethonicæ an.unc.j.
Miſce, fiat potio.

Flores ſulphuris compoſiti contra peſtem.

R. *Flor.ſulph.lib.dimid.* (*lib.*
Corall.rub.minutiſſ.trit.ſeſqui-
Vitrioli calcinati unc.iij.
Thuris
Myrrhæ alexand.an.unc.j.
aloës ſuccocitrin.unc.j.
maſticis unc.dim.
Croci drach.j

Omnia contrita & permiſta ſublimentur.

Rotulæ contra peſtem.

R. *Extract.angelicæ ſcrup.j.*
magiſterii corall.
margarit.an.ſcrup.dim.
ſacchari in aquâ acetoſæ diſſoluti unc.iij.
Fiant orbiculi.

Con-

Contra febrim pestilentem nobilis medicina:

R. *olei succini corallat.g.vij.*
rutæ destillat.g.V.
Spir.sulphuris per campan.g.vij
Aq.Valerianæ unc.ij
Misce, fiat haustus.

Cornu cervi philosophicè præparatum contra pestem:

R. *C.C.philosophicè calcinanti unc.ij.*
Magisterii corall,
Boli armeni an.drach.j.

Conterantur hæc super marmore in pulverem tenuissimum, qui spiritu vitrioli paulatim irrigetur. Tandem exsiccata forma quavis figurentur, quemadmodum pharmacopœi coralia vel cornua cervi præparant. Dosis scrupulus dimidius in vehiculo idoneo.

Alia potio contra pestem.

R. *Sal.coralior.drach.dimid.*
Mixturæ simpl.drachm.j.
Aq.Valerianæ unc.ij.
Misce, fiat haustus.

Febris.

Cum febris sit calor præter naturam

ex corde per arterias in totum corpus derivatus, ejus remedium erit, quicquid contrariâ qualitate cor reficit, & simul ejus robur tuetur. Igitur coralia temperie frigida & maximè cordialia meritò in numero medicaminum antipyreticorum ponuntur. In primis autem *tinctura coraliorum cum nitro facta* hîc ex usu erit. E. g. Coralia cum nitro calcinantur, & spiritu guajaci correcto rubicundus color elicitur, cujus drachma in aqua cichorii, centaurii minoris, cardui benedicti exhibetur.

Potio febrilem æstum levans.

R. *Coralior. tritor. unc. ij.*
succi berberum libram
Spiritus vitriol. unc. ij

Quæ confusa si effervescere incipiunt, ex uno vase in aliud fundenda sunt, donec fervor cesset. Posteà in loco calido consistant 24. horis, vel donec solutio sit perfecta. Filtrentur per chartam bibulam. Hæc cum aquâ fontanâ permisceantur ad acorem. Potest addi sacchari cochlear unum & alterum,

terum, ut suavitas saporis concilietur. Crystalli quoque coraliorum cum nitro suprà descriptæ febribus donandis utiles sunt.

Tartarus corallatus antipyreticus.

R. *Corall.rubr.unc.iij*
Cohob.antimon.lib.j

Coralia tenuissimè trita in dicto antimonii liquore, qui à phlegmate sit liberatus, dissolvantur. Solutioni defæcatæ instilletur oleum tartari, donec præcipitatio cesset. Subtracto liquore pulvis servetur. Dosis scrupulus unus.

Ventriculi imbecillitas, Ardor stomachi, oxyreuma, & alia vitia.

Coralia inter stomachica remedia plurimum eminere præstantissimorum autorum testimonio & experientiâ probatur. *Cardanus* ait: E directo ventriculi suspensus corallus, illum vehementèr confirmat. *Quintherius Andernacus* censet omnibus etiam decoctis stomachicis permiscenda esse coralia, cùm peculiari proprietate ventriculi morbis conferant. *Avicenna* Coralia

inquit, omnibus morbis ſtomachi conferunt, etiam extrinſecus ejus regioni admota. Et *Galenus* experientiâ edoctus affirmat, coralium è collo ſuſpenſum usque ad os ventriculi hominem liberâſſe graviſſimo illius dolore affectum, ſed remoto coralio dolorem rediiſſe. *Avicenna*: Qui benè valens coralium de collo ſuſpenſum gerit, de dolore ſtomachi ſecurus eſt. Hanc ob cauſam collis puerorum applicatur. *Hieronymus Mercurialis* de morbis puerorum Extrinſecus, ait, utile eſt geſtare collo appenſum corallum rubrum, quem experientia comprobavit ſecreta qualitate corroborare ventriculum, ſi illum extrinſecus tangat. Unde non malè faciunt matres, quæ puerorum colla & pectora corallis ornare ſolent. Ob eximiam eorum vim quibuſdam ſtomachicis compoſitionibus inſeruntur, ut *Emplaſtro de cruſta panis*, & quæ ſequuntur.

Pulvis ventriculum roborans.

R. *ſpec. diatrion. ſantal.*

dia-

diatragacanth.frigid.an. dr.j.
Rosarum rubrarum
sem.coriandri præp.
Corall.rubr.præp.ana scrup.j.
sem.portulacæ scrup.dimid.
facchar.rosar.tabulat.unc.ij.
Permixta redigantur in pulverē.

Morsuli contra ardorem stomachi,
Finkij.

R. *Cretæ præp.unc.j.*
oculor.cancr.unc.dimid.
abluantur aq. borraginis & violarum.
Boli armeni scrup. ij.
Coral.rubr.scrup.ij.
Margarit.præp.scrup.j.
macis torrefact.scrup.dimid.
Cinnamom.incis.scrup.j.
facchari cand.in aq.rof.dissoluti unc.viij.Fiant morsuli.

Vnguentum stomachicum.

R. *Corall.rubr.præp.drach.dimid.*
ol.unc.moschat.express.drach.j.
menth.destill.scrup.j.
mastichis q.s.
Redigantur ad formam unguenti.

Dolor

Dolor ventriculi, intestinorum, Dolor colicus. Rugitus, tonitru, murmur ventris.

Coralia pota cum aqua contra torminum mala auxiliari *Plinius* memorat. Cui recentiores quidam assentiuntur, qui in ventris dolore, & rugitu ea adhibenda censent. *Paracelsus* tonitru, ab ipso sic dictum, hoc remedio curavit:

R. *Corall. rub. unc. vj.*
Cineris cumin. roman.
fabarum an. unc. iij.
Alum. præp. ad pondus omnium.
Digerantur in dimidiâ librâ alkohol vini per biduum, deinde exsiccetur.

Item R. *Corall. præp. drach. ij.*
spec. diacym. drach. iiij.
sang. hirci præp. ad pond. omn.
Fiat tragea saccharo permixta.

Vermes intestinorum.

Coralia vermes necare experientia testatur. Ea de caussâ miscentur pulveri contra vermes usitato. Dantur in aqua graminis, vel decocto cornu cervini. Tinctura coraliorum spiritu vitrioli pro-

producta, vel spiritus vitrioli corallatus, vel butyrum corallorum hîc multum valet.

Pulvis contra vermes Iouberti.

R. *Corall. rubr.*
Corallinæ
C. C. ust.
Rasuræ eboris
sem. caul.
acetos.
portulac.
coriand. præp. ana unc. dimid.
Rat. dictamni alb.
filicis masc. ana drach. ij.
sem. citri drachm. ij.
sant. drach. j.

Pulverata irrigentur aceto acerrimo & in umbra siccentur.

Pulvis contra vermes Quercetani.

R. *Pulveris lumbric. drach. iij.*
Rhabarb.
C. C. præp.
spodij.
corall. rubr.
sem. acetos. ana scrup. j.

coriand.

coriand.præp.ſcrup.ij.
f.pulvis.

Diarrhæa, lienteria, cœliaca affectio, dyſenteria.

Omne ventris profluvium coralia compeſcunt. Quam ob cauſſam inſeruntur *trochiſcis de coralio, de terra ſigillata, de charabe, athanaſiæ magnæ*, & aliis multis. *Avicenna* hæc inteſtinorum ulcera conſolidare teſtatur. In dyſenteria præmiſſis mundificationibus & diverſionibus debitis, humore acri & erodente inhibito præbetur magiſterium & tinctura coraliorum, cum ſyrupo granatorum, myrtino, ſymphiti, cum conſerva roſarum, ſucco ribium, berberum. Efficaciſſimus eſt ſyrupus coraliorum. *Paracelſus* in omnibus conclamatis alvi profluviis præſentiſſimum dixit eſſe remedium, quod ſequitur.

R. *Flor.centaur.min.unc.j.*
Hyperic.unc.dimid.
*Corall.rubr.drach.*j.
ſucci papav.alb.q.ſ.
Fiat mixtura. Doſis ſcrup.4.

Pulvis

Pulvis antidysentericus.

R. *terræ sigill.drach.*j.
Corall.rub.præp.drach.dim.
margarit.præp.
*bol.armen.an.scrup.*j.
*C.C.sine ustione præp.drach.*j.
Lap.Bezoar.
Smaragdi præp.an.scrup.dim.
Fiat pulvis.

Pulvis antidysentericus Benedicti Faventini.

R.*Thuris masculi*
*masticis an. drach.*ij.
*bol.armen.drach.*j.
Corall.rub.
C.C.ust.an.drach.dim.
*Lapid. hæmatit.scrup.*ij.
Misce, fiat pulvis.

Rotulæ antidysentericæ.

R.*Corall.rub.præp.drach.*j.
Margarit.præp.drach.dim.
spec.rosat.novell.
Rad.tormentill.
bol.armen.
smaragd.præp.an.scrup.dim.

sac-

facchari alb. in aq. rosar. dissoluti unc. ij.

F. rotulæ.

In dysenteriâ jubet quidam offerri pulverem coraliorum ex ovo sorbili, vel clysterem injici ex pulvere ipsorum & aquâ plantaginis. *Galenus* in sanguineo fluore coralium ustum gummi permistum cum aquâ frigidâ præbuit. Hîc monendum est, ne quis in dysenteria utatur magisterio coraliorum, nisi purissimè loto, & acrimonia destituto. Ubi enim acer & erodens ille sapor remanet, ab illius usu malum augetur, & oleum camino additur. In aliis autem affectibus non opus est, ut magisterium tantâ industria edulcetur, quippe sal aceti aperiendi vim habens interdum ex usu esse potest, quicquid alii nugarum de vi ipsius corrodente garriant.

Hepatis affectus. Fluor hepaticus. Hydrops.

Coralia cùm vi adstringente valeant, & abditâ potestate, sicuti cordi & ventriculo, ita hepati amica sint & familiaria, adeò robur ejus tuentur atque augent,

augent, ut nullo affectu id implicari patiantur. Itaque ubi coraliorum usu jecur firmatum est, neque hydrops, neque ulcus, neque fluor hepaticus, aut aliud malum irruere potest. Spiritus salis quamvis per se sumptus hydropem depellat: si tamen coralium eo solvatur, vel tinctura ipso eliciatur, medicamentum existit, unde non tantùm hepar ingens robur sumit, sed etiam aquosus languor tollitur. Contra imbecillitatem jecoris & fluorem hepaticum solet offerri coraliorum tinctura, aut syrupus, aut julapium sequens.

R. *Syrupi coral.*
Aq. plantag.
rosar.
eupatorii an. unc. j.

Tragea ad affectus hepatis Quercetani.

R. *Corall. rub.*
spodii
spec. diatragacanth. an. drah. ij.
pulveris hepaticæ
sem. acetos.
portulac.

ber-

berberis an.drach.j.

Croci martis optimè præp.drach. ii.& dimid.

Croci ex ol.sulph. parati scrup.ij.

sacchari rosat. q.libuerit.

Misce fiat pulvis.Dosis drach. j.

Tragéa anthydropica Ioannis Poppi.

R.*sal.corall.*

perlar.an.unc. dimid.

Vnicornu veri drach.j.

auri diaphoret. drach.j.

antimonii diaphoret.drach.ij.

Croci drach.j.

ol.cinnamom.

macis an.g.xij.

Misce f.tragea.

De qua singulis diebus æger drachmam unam sumat.

Pulvis pro epithemate hepatis.

R.*Corall.*

spodii

rós.an.drach.j.

santali rubri, albi,citrini an.unc. dimid.

Camphoræ scrup. j.

Redi-

Redigantur in pulverem , qui cum aqua endiviæ,rosarum,acetosæ, & modico aceti applicandus.

Splenis tumor.

Si Plinio & Dioscoridi & Avicennæ credimus , longo coraliorum usu lien absumitur. Quorum authoritatem sequutus Paracelsus illa splenis mala depellere pronunciavit , quod ignem maximè sustineant.Omnia enim fixa, & ignibus diu repugnantia splenetica esse. Cur autem lienis tumorem discutiant, non aliam causam esse puto, quàm quòd humidum illius siccando absorbeant,& viscus ipsum adstringendo roborent.

Vnguentum ad tumorem lienis Rondeletii.

℞.*Coral.rub.ust.*
scoriæ ferri an.sesquidrach.
Ol. nardini
de absinth.an.unc.dim.
sem.agni casti
portulacæ
sem.fraxini an.drach.ij.
apii

petro-

petroselini
Cumini aceto macerati ana dr j.
Ceræ q.s.f. Unguentum.

Sanguinis vitia. Sanguis concretus. Cacochymia. Cachexia. Lepra.

Sanguineum colorem, & ramulos venarum instar diffusos Natura prudens coraliis ideò dedisse creditur, quod sanguinis illa vitiis emendandis destinata sunt. Id quidem dictu mirabile est coralia viribus contrariis prædita, sanguinem profluentem coagulare, & eundem concretum dissolvere posse. Sed hoc non absurdum videbitur cogitanti, unam esse in coraliis potestatem: quâ sanguinis status integer conservatur, vel amissus recuperatur. Unde fit, ut effectus eorum contrarii videantur. Coralia dum id efficiunt, simul omnes morbos ex sanguine immundo genitos prohibent. *A Basilio Valentino* proditum est, oleum antimonii cum tincturâ coraliorum sumptum mundare sanguinem, & lepram, omnemque scabiem sanare.

Hoc

Hoc loco coraliorum tinctura, & ſyrupus cum vino vel aquâ idoneâ præbeatur.

Pulvis cachecticus Quercetanj.

R. *Limaturæ chalybis præp. unc. j.*
Fæcul. rad. ari. drach. j. & dimid.
Ambræ griſeæ ſeſquidrach.
Eſſentiæ corall.
margarit. ana drach. ij.
ſuccini præpar.
Cinnamom. ana ſcrup. iiij.
ſacchari q. ſ. fiat pulvis palato gratus.

Vteri imbecillitas, ſuffocatio. Abortus. Monſtrum. Fœtus imbecillitas.

Quemadmodum coralia omnem ſanguinis eruptionem è naribus, ex ore, omne etiam alvi profluvium cohibent: ſic etiam omnem immoderatum ſanguinis menſtrui fluorem comprimunt. Quinet albam uteri fluxionem, & nullo ordine, nec certâ periodo manantem ſiſtunt, & in ſtatum naturalem reducunt. Unde etiam menſes ſuppreſſos concitare dicuntur, dum uterum &

partes principes roborant, ſanguinemque incorruptum tuentur. Eandem ob cauſſam abortus & monſtra prohibent, gravidis auxilio ſunt, fœtum uteri reficiunt atque firmant, facilem denique partum præſtant. Ea quoque in ſuffocatione ab utero *Paracelſus* commendavit. In nimio menſium fluore *Platearius præcepit ex* athanaſia, pulvere coraliorum, & ſucco plantaginis peſſum uterinum fieri: Vel pulverem illorum cum ſucco plantaginis & bombyce collo uteri inferri. *Serapio*: coralium cum cornu cervi potum in aquâ tepidâ confert fluxioni menſtruorum. *Mercurialis* de morbis mulierum contra abortum corallos rubros pulveratos in ovo ſorbili præbuit, & hoc unguento ventrem oblinirí juſſit.

R. *ol. maſticis*
myrtill. ana unc. j.
Bol. armen.
Corall. rubr. ana drach. ij.
Miſce f. unguentum.

Uteri affectibus præcipuè conducit oleum ſuccini corallatum, ſyrupus &

tin-

tinctura coraliorum cum liquore cornu cervini, cum aquâ melissæ, artemisiæ. In albo fluore dantur cum aq. tormentillæ, decocto guajaci & similibus.

Præparatio coraliorum ad menstruum fluorem cohibendum, Paracelsi.

℞. *Corall. rubr. unc. j.*
ol. myrtill. sesquiunc.
olibani unc. X.
salis fusi unc. ij.
Mixta calcinentur per horas 12.
igne reverberante. Abluantur aquâ plantaginis.

Pulvis contra abortum vulgaris.

℞. *Coralli utriusq; præparati*
Margarit. præp. ana scrup. j.
Granorum Kermes drach. j.
santali rubri drach. dimid.
Caryophyll. scrup. j.
Nucis moschat. scrup. ij.
Rad. tormentill. drach. dimid.
Fol. auri n. iij.
Manus Christi perlatæ drach. iij.
F. pulvis.

Gonorrhœa. Mictio involuntaria.

Eâdem ratione, quâ coralia sanguinis fluxionem sistunt, gonorrhœæ, mictui sanguinis, & permictioni involuntariæ medentur. Exhibentur autem in gonorrhœa Neapolitana cum decocto ligni sancti, aliàs cum decocto santalorum, visci querni, cuscutæ, agrimoniæ. Hîc magnam vim habent crystalli coraliorum cum saccharo Saturni compositæ.

Electuarium ad permictionem involuntariam Rulandi.

℞. *Mucilaginis sem. cydonior. unc. ij*
Myrobalan. citrin.
oss. dactyl.
corall. rubr. ana drach. ij
sacchari q. s. F. electuarium.

Calculus. Vesica mala.

Contra vesicæ & calculorum mala, *inquit Plinius*, coralia in pulverem igne redacta & cum aqua pota auxiliantur. *Avicenna* urinę difficultati conferre ait. *Encelius* libro de re metallica compertum se habere scribit, quòd coralia rubra adusta maximam vim frangendi cal-

calculum habeant. Offeruntur cum aqua ſaxifragia, & ſyrupo de althæa Fernelii.

Veneris ignavia.

Coralia Venerem ſtimulare ſunt qui credant. Quamobrem id fiat, cauſſam nullam adferunt. Ajunt autem has illis vires eſſe, ſi collo aut brachio adalligata geſtentur. Quod ſi ita ſe habet, haud ſcio cur fœminis licentia permittatur coralia collo & brachiis geſtandi, cum vel ſine illis ſatis appetentes videantur. Adhæc in quibuſdam locis geſtamen illud puellarum tantùm eſt, & indicium virginitatis. Atqui ſi libidinem excitat, apud illas præteritæ virginitatis tantummodò monumentum erit, quo rei amiſſæ memoria conſervatur.

Arthritis. Podagra.

Dum coralia deſtillationes capitis ſiccando abſorbent, & adſtringendo reprimunt, præterea etiam viſcera principalia roborant, & ſanguinem mundant, cauſſa arthritidis & podagræ nulla datur. Ergò coralia inter arthritica numerantur. Ad conſumendas arthriticas

fluxiones nihil præstantius esse dicitur essentia coraliorum cum liquore vel aceto succini sumpta, vel cum oleo succini corallato. Nonnulli commendant spiritum vitrioli corallatum, qui sic præparatur: Coralia contrita cum pari pondere vitrioli permista aperto destillantur igne Unde provenit spiritus rubicundus, cujus decem guttulæ quotidiè in aqua idonea sumantur, ubi corpus probè purgatum fuerit. Quidam purgato corpore tincturam per complures dies podagricis offerentes, bonam illis valetudinem pollicentur. Tinctura autem illa cæteris præferenda, quæ spiritu salis, vitrioli, ligni querni, guajaci extracta est. Datur etiam tinctura coraliorum cum spiritu vitrioli permista.

Alexander Trallianus in arthritide diacorallium per centum dies continuos exhibuit, deinde ad recuperandas vires ægris triginta dierum inducias permisit. Postea rursus illud præbuit diebus centum continuis, & triginta dierum intermissionem fecit. Ultimò

non

non quotidiè, ſed alternis diebus per centum & ſexaginta dies dedit. Ejus deſcriptio talis eſt:

R. *Corall. drach. ij.*
Myrrhæ unc. iij.
Caryophyll. unc. dim.
Rhapontic. unc. j.
Folii unc. dim.
Rad. pœoniæ unc. j.
Ariſtoloch. long. & rotund. unc. ij

Mixta redigantur in pulverem tenuem. Cujus ſcrupulus unus tempore matutino horis ſex ante prandium offeratur.

Symptomata ex vitriolo aſſumpto.

Si quis vitriolo incautè ſumto eroſione inteſtinorum, vomitu, ſeceſſu immoderato, linguæ craſſitie & nigredine, difficilique reſpiratione inquietatur, coraliorum duas drachmas cum vino bibat. Salubre hoc eſſe remedium à *Foreſto* proditum eſt.

Vlcera.

Ulceribus inſperſus coraliorum pulvis, ea ſanare dicitur. *Hollerius* in pudendi ulceribus præſtantiſſimum coralio-

rum cinerem esse scripsit. *Paracelsus* meminit cujusdam emplastri de corallis, ulceribus conferentis, sed ejus descriptionem silentio prætermisit. Idem auctor ait, hæc ulceribus luis venereæ sanguine manantibus admota saluti esse. Idem sentit *Plinius*, nimirum hæc ulcerum cava explere. Arcanum sive tinctura coraliorum, monente Paracelso, sic offerri debet illis, qui ulceribus antiquis & manantibus affecti sunt: Miscenda est sesquiuncia tinctura decem unciis aquæ cichorii vel chamædryos. De illâ dimidiam unciam quotidiè æger bibat quinque horis ante pastum, idque octo diebus continuetur. Ubi largo humore ex ulceribus profuso fluor cessat, & dolor sedatus est, satis bibitum esse intelliges.

Vulnera.

Non tantum ulcera, sed & vulnera consolidare coralia creduntur. *Müllerus* in miraculis Chymicis sequentem pulverem proposuit, cujus usu viginti quatuor horis vulnera coalescere dicuntur.

R. *Co-*

R. *Corall.rubr.*
alb.
olibani
myrrhæ
aristoloch.rotund.
gall.parv.
baccarum lauri partes æquales.
Terantur in pulverem.

Vnguentum ad vulnera venenata.

R.*ol.carab.*
Terebinth.an.unc.j.
juniperi drach.ij.
sem.urtic.
Rad.gentian.an.drach.ij.
ol.sulph.vitriolati sesquidrach.
Corall.rubr.dr.j.F.unguentum.

Cicatrices. Caro excrescens.

Serapio coralia carnem excrescentem auferre, cicatices abstergere & extenuare tradidit. Idem affirmat *Plinius* & *Dioscorides*, & *Avicenna.*

Incantamenta. Dæmones. Spectra. Obsessi.

Coralia incantamentis resistere, obsessos liberare, dæmones & spectra fugare posse, *Paracelsus* tantùm non jurat.

jurat. Verùm primi hujus opinionis authores fuerunt, *Zoroaſtes*, *Metrodorus*, *Orpheus*, quorum monumenta *Albertus Magnus & Paracelſus* ſcriptis ſuis inſeruerunt. Itaque *Libavius* videtur injuriam feciſſe *Paracelſo*, ſcribens illum ex anicularum circulis hanc doctrinam hauſiſſe. Quanquam autem hæc tanquam vana & ficta multi derideant, tamen vim aliquam coraliis ineſſe contra incantationes experientia teſtis eſt. Memini enim Medicum quendam magni nominis multos morbos à Veneficiis incuſſos ſequenti pulvere profligâſſe.

R. *Corall. rubr.*
alb.
Dentium hominis mortui an dr. j.
Herbæ & ſem. anthirryni dr. ij.
Hæc mixta in pulverem vertantur.

Ejus particula prunis injecta fumum reddit, quem vel toto corpore, vel parte affectâ excipiant ægri. Idque ſæpiùs repetatur, ſi una vice nihil profeceris. *Paracelſus* ſequentibus remediis obſeſſos reſtitui, incantationes & malos ſpiritus prohiberi autor eſt:

R. *Co-*

R. *Corall. unc. iij.*
Visci querni
Hyperici an. unc. iiij.
Styracis calamit.
Ladani an. sesquidrach.
Vrinæ destillatæ lib. ij.

Decoquantur clauso vase per diem & noctem, & destillentur.


Aliud.

R. *Corall. præp. drach. ix.*
Angelicæ drach. xv.
Visci querni sesquidrach.
F. mixtura cum aq. hyperici.


Fulmina, Typhones. Tempestas, Grando, Sterilitas agrorum.

Orpheus & *Metrodorus* coralia typhonibus resistere, & fulmina declinare prodiderunt. *Albertus Magnus* coralium gestatum ait tempestatem sedare, & fluviorum pericula propulsare. Hanc ob caussam Iovi olim id sacrum fuisse perhibent. An autem hæc vero sint consentanea, sapientes judicent. Equidem vera esse existimo, si fulmina & tonitrua microcosmi, non autem tela trisulca Iovis hîc intelligantur. Nam coralia toni-

tru microcoſmi lenire jam patet. *Zacharias à Puteo* Medicus Venetus geſtatus, inquit, corallus præcipuè cum hydrargyro & hyperico, vel ubicunque poſitus in domo manes, dæmones, fulmina, ventos fugat. *Albertum Magnum*, quòd ſcripſerit arbores coralio conſperſas pomoſiores fieri, deridendum proponit *Alardus Amſtelrodamus*, qui ſtultè, inquit, faceret qui ſuper pomiferas arbores vel herbas fabaceas coralia in pulverem redacta aſpergeret, pomorum aut fabarum copiam ſperans. Eam lucri ſpeciem ſi quis affectârit, Alberto gratias referat, qui id ſecretum poſteris reliquit. Cæterùm coralia agros fæcundos reddere, & ab illis vermes, locuſtas, erucas, mures arcere, & viatores defendere, vanum eſt & dictu incredibile, & quod nullâ probatione oſtendi poſſit.



Ap-



Appendix Addendorum

Ioannes Bodæus à Stapel

Comment. in Theophrastum Eresium de historia plantarum lib. 4. cap. 8. f. 419. & seqq.

CVP. 2. pag. 28.

ΦΥ'ΕΤΑΙ γὰρ δενδρύφια, Corallum à Theophrasto describi putat doctissimus Robertus Constantinus. Locum hunc Theophrasti primum examinabimus, deinde ad corallum ab ipso describatur indagabimus. Græci auctoris mentem expressit Plin. lib. 13. cap. ultimo. *Et in alto* (mari) *quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, & cacuminibus rubentes: cum tractarentur, viridi modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte.* Cornu bovini vel bubuli color nemini ignotus; talis non est corallo color. *Cacuminibus*, inquit, Plinius, rubentes. Græcus codex corruptus, καὶ ἀπ' ἄκρυ πυρρά. Scribe, τὰ ἀπ' ἄκρυ ἐρυθρά, quomodo etiam legit Theodorus.

dorus. Utrum coralli extremitates tantum rubeſcant, norunt illi, qui vel coralli ramulos conſpexerunt. *Cum tractantur viridi modo fragiles.* Scribo ex antiquo codice, *vitri modo fragiles*. Doctiſſ. Conſtantinus αὐτὶ συγκλώη ſcribit συγκρούη. Proprius ad vulgatam lectionem accedit συγκλονῆ. Συγκλονέω idem quod συκρέω, concutio, quatio, valide commoveo. Dum ait Plinius tractantur; intellige durius tractantur. Pauca tam fragilia, ut nullum ferant tactum. *In igne autem ut ferrum inardeſcentes*; in aliis exardeſcentes; quod imitatus eſt Theodorus. *Ferrum*, inquit Scaliger, *potius igneſcit & candet, quam ardet.* Fateor, ſed habet Plinii auctoritatem Gaza. Male in Aldino & Baſilienſi ſcriptum eſt πῦς, ſcribe πυρὶ vel εἰς πῦρ. *Reſtinctis colore ſuo redeunte* Theodorus, *reſtinctas tamen tranquillari, ac eundem colorem ſervare.* Rectius, ut monet Scaliger, *deponere ignem* dixiſſet. Scribe αὐτὶ γενόμενα, γένεϑαι, ut ante nos docuit Conſtantinus. Nunc videamus an corallum hic deſcribat Theophraſtus.

Non

Non tantum nobis hæc opinio ob causas jam allatas improbatur, sed etiam, quod Græcis optime cognitum corallum, saltem Theophrasti ævo. Nam lib. de lapides, satis luculenter describit, ejus historiam Græcis antiquis κουράλιον dicitur, uti Theophrasto loco citato. Dionisius libr. de orb. situ.

Παύτῃ γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίου

Passim autem lapis est rubri curalii.

Antiqui Latini curalium dixerunt. Ovidius,

Sic & curalium, quo primum contigit auras.

Recentiores Græci κοράλλιον dixerunt. Dioscorides lib. 5. cap. 139. περὶ κοραλλίου. τὸ δὲ κοράλλιον. Hesychius, κοράλλιον λίθος θαλάσσιος ἐρυθραῖος. *Corallium lapis marinus ruber.*

Avienus

—— Fulvo tamen invenere corallo
Quærere vivendi commercia.

Apud eundem Hesychium etiam per ω μέγα scribi κωράλλιον reperio. κωράλλιον παιδάριον. κόριον. Κωραλλεῖς οἱ ἀναλέγοντες τὸ κουράλιον παρὰ Σικελίοις. *Corallium puella,*

puella. coralleis qui apud Siculos corallum legunt. Recepta jam ſententia, κοράλλιον vel κουράλιον dici ἀπὸ τοῦ κουρᾶς, ὅτι ἐν ἁλὶ κουρεῦται, *à tonſura, & præſectione, quod in mari veluti tondeatur, ac ferramento præcidatur.* Hujus etymi inventor Plinius lib. 32. cap. 2. *Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa curalium vocitatum interpretantur.* Ergo ἐκ τοῦ κείρεσθαι ἐν τῇ ἁλί. Experientia conſtat urinando expiſcari ſolitos, non ſecus ac ſupra ſpongias & fucos eximi diximus. Sed hæc interpretatio non convenit, voci κοραλλίου, ut recentiores appellarunt Græci. magis arridet Euſtachii etymon, qui ad verſum Dionyſii ſupra citatum, ex ſanguine Gorgonis natum docet & corallium, quaſi κόρης ἁλὸς, pupilla maris dici. τὸ δὲ κουράλιον ἐκ τοῦ Γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς οἷα κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ ἐνεκάθισεν. *Curalium ex ſanguine Gorgonis diſtillare fabulantur, unde quaſi pupilla exiſtens, nomen curallii impoſitum.* Apud Theocrytum eidyl. 6. κώρη Dorice per ω μέγα, pro κόρη legitur.

Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια καλὰ δ' ἔμιν ἁ μία κώρα

Et pulchra mihi quidem barba, pulchra verò hæc una pupula.

Et ideo, ut notat Hesychius, ab aliquibus κωράλλιον per ω mangnum scribitur. Sed quid impedit dicamus nomen impositum, ἀπὸ τῆ κόρεῖν, καὶ τῆ ἅλος, quod sit ornamentum & pulchritudo maris. De Corallii nominis etymo hæc clarissimus tradit Salmasius *Curalium ille* (Plinius) *hoc est*, κουράλιον ἀπὸ τῆ κουρᾶς *quod ferramento præcidatur, ac veluti tondeatur in mari; quæ interpretatio nullo modo possit convenire voci*, κοράλλιον, *ut recentiores id appellarunt* : κοράλλιον & κουράλιον *Græci vocant parvam* κόρην. *Pupæ maximè, & imaginunculæ quibus ludit puellaris ætas, ita vocantur.* Hesychius δαγὺς, κουράλλιον νύμφη λευκόκηρος. Κουράλια *quoque dicuntur Luciano, ut olim observavimus. Dion. Chrysostom. in Rhadiaco*, κόρας ὀμοίως, διδόντι τοὺς ἀνδελαίλας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνέμβροι ταῖς παισίν. Hesychius γέλγια κουράλλια; *vitiose, pro* γέλγια (*apud Phavorinum eadem inveni-*

tur

tur lectio quæ in vulgatis Heſychii codicibus. δ γκάγκα mendum, *corrige & Phavarini codicẽ) Idẽ alio loco,* γέλγια, πίνη, σπάθαι, κυράλια *(apud Heſychium & Phavarinum* κυλάρια *legitur; antiquum videtur eſſe mendum) Græci propriè* γέλγη *vocant minutas merces, omne genus, quas* παντοπῶλαι *circumferunt.* Κυράλλιον *igitur &* κοράλλιον *idem Parva nempe puella. Nec alia ratione moti recentiores, quod veteribus erat* κυράλιον *dixere* κοράλλιον. *Nam* κύρη *&* κόρη *idem. Grammatici*, τὸ δὲ κυράλιον τὸ τῆς γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς οἷα κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ συνεκράθησεν. Corallium etiam Gorgian vocatum lego. Plinius cap. ſecundo. *Curalium alias dicunt. Nam Metrodotus gorgian nominat.* Cur gorgian vocet, ex Euſtachii loco jam bis citato, cognoſcere licet. Plinio gorgonia dicitur lib. 37. cap. 10. ᵃ *Gorgonia nihil aliud eſt quam curalium. Nominis cauſa, quod in duritiem lapidis mutatur. Emollit maria. Fulminibus & Typhoni reſiſtere affirmant.* Antiquus codex. *nominis*

ᵃ *Vid. Ioh. Bauhin hiſtor plant. lib. 39. c. 33.*

minis causa, quod in duritiem lapidis mutatur. Emollit marina, fulminibus & Typhoni resistere affirmant. Hunc locum emendavit Salmasius in hunc sensum. *Nominis causa, quod in duriciem lapidis mutatur è molli marina.* Gorgonia inquit, ideo sic vocatur, quod è molli marina dura fit, & lapidea extra mare posita. Dioscorides ἐξ ἐναλίου μαλάκου ἔξαλον γινόμενον ἀπολιθοῦται. Plinii codicem corruptum ex eo probatur, quod mare illud, in quo corallium generatur, semper esset molle & placatum; quod falsum est. Nec, ut Plinius ait, Gorgonia dicitur, quod è molli marina dura fit & lapidea, sed quod ex stillis Gorgonis sanguinis nascatur, ut refert Eustachius. Plinius autem Gorgonias appellari tradit, quod è molli in duram convertantur substantiam, quod Gorgonas Poëtæ in lapides versas fingant. Ovid. lib 5. Metamorphos.

Hi tamen ex merito pœnas subiere, sed unus
Miles erat Persei, pro quo, dum pugnat Aconseus,

Gor-

Gorgone conſpecta ſaxo concrevit
oborto.
Quem ratus Aſtiages etiam dum
vivere, longo
Enſe ferit : ſonit tinnitibus enſis
acutis.
Dum ſtupet Aſtiages naturam tra-
xit eandem
Marmoreoque manet vultus mi-
rantis in ore.

Reliqua apud ipſum vide Poëtam. Corallium Dioſc. lib. 5. c. 139. deſcribit: τὸ δὲ κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, πετροποιεῖσθαι δὲ ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυσθῇ, ἔξαλον γινόμενον, καὶ βαπτόμενον ὥσπερ ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ἡμῖν ἀέρος. εὑρίσκεται δὲ πλεῖστον ἐν τῷ κατὰ Συρακούσας ἀκρωτηρίῳ τῷ καλουμένῳ Παχύνῳ. ἄριστον δέ ἐστι τὸ πυρρὸν τῇ χρόᾳ καὶ ἐμφερὲς αὐθερικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι κατακορεῖ, εὐτριβές τε ἀσαντῶς, καὶ ὁμαλὸν δι' ὅλης τῆς συγκρίσεως, ἔτι δὲ ὀσμὴν (vetus addit, γεωδικὴν) βρυώδη καὶ φυκίοις ἐμφερῆ ἔχον. πρὸς δὲ τούτοις πολύοζον καὶ κινναμωμίζον τῷ τύπῳ τῶν θαμνίσκων. τὸ δὲ λιθῶδες τῇ συγκρίσει καὶ τῇ χρόᾳ ψωρὸν, σεσηραγγωμένον τε καὶ χαῦνον, φαῦλον οἰκτέον εἶναι. Hæc in hunc ſenſum vertit Ruellius. *Corallium quod aliqui*

aliqui lithodendrum appellarunt, marinum esse fruticem constat, qui alto extractus, duratur statim atque emergit, tanquam offuso aëre protinus concrescit. Plurimum invenitur ad Syracusas, in promontorio, cui pachyno nomen est laudatissimum rubens, colore antherici, aut sandicis saturatæ, nec secus terenti facile cedens, æquabili usquequaque concremento, rursus algæ aut fuci marini odore, quam ramosissimum, forma fruticis, cinnamomi æmulum. Quod autem in lapidis duritiem coit, scrupulosum, inane, & lacunosum vitiosum existimatur.

De Corallio hæc Plinius lib. 32. cap. 2. *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de quibus suo loco satis diximus, tantum apud Indos in curalio. Namque ista persvasione gentium constant. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Item & in Persico, vocatur jace, Laudatissimum in Gallico sinu circa stœchadas insulas, & in siculo circa Heliam ac Drepanum. Nascitur & apud Graviscas, & ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens, sed molle, & ideo vilissimum*

lissimum Erythnis. Forma est ei fructicis, calor viridis. Baccæ ejus candidæ, sub aqua ac molles: exemptæ confestian durantur, ac rubescunt, quasi corna sativa specie, atque magnitudine. Ajunt tactu protinus lapidescere si vivat, itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de causa curalium vocitatum interpretantur. Probatissimum quam maxime rubens, & quam ramosissimum, nec scabrosum aut lapideum, vel rursus inane aut concavum. Auctoritas baccarum ejus non minus Indorum (Iudæorũ male Basil.cod.) viris quoque pretiosa est, quam fœminis nostris uncones Indici Auspices eorum vatesque inprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque & decore & religione gaudent. Priusquam hoc innotesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo; nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in orbe suo. Hæc Plinius. Nunc quæ & in Plinii & Dioscoridis verbis observanda videamus. Apud Indos in magno pretio & æstimatione esse, ait Plinius. Scribe, *tantum apud Indos curalio*, deleta impro-

improba voce *in.* Dioſcorides λιθόδενδρον ab aliquibus vocatum ſcribit ; credo quod ſubſtantia ſit lapidea, ramuſculoſque ac radices inſtar arboris vel fruticis habeat. Verba hæc Dioſcoridis, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, *uſque ad* ἡμῖν ἀέρος, corrupta eſſe inter auctores convenit. Duas voces deeſſe putat Doct. Ianus Cornarius, ut ſit legendum, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον. πετροποιεῖσθαι δὲ ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκηθῇ (ἑλκυσθῇ) ἔξαλον γενόμενον, καὶ βαπτόμενον ἤτοι πηγνύμενον ὥσπερ ὕδατι σίδηρος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ἡμῖν ἀέρος. Quæ ſic convertit, *Marinam plantam eſſe conſtat, quæ quidem alto mari exempta, & extra mare poſita, ut quæ à circumfuſo nobis aëre, velut ferrum ab aqua tingitur, ſive compingitur.* Hujus emendationis occaſionem non dubito dediſſe vocem, βαπτόμενον, quæ à Ruellio omiſſa eſt. Βάπτειν autem *tingere, immergere* ſignificat ; unde ſuſpicatus eſt doctiſſimus Cornarius hunc eſſe verborum Dioſcoridis ſenſum : Quemadmodum ferrum candens, vel igni emollitum, aqua temperatum, merſumve ſtatim dure-

durefcit & folidatur. Ita ut corallium in aquis molle, mari exemptum, quam primum ab offufo five ambiente aëre tactum eft, durari & concrefere. Hæc lectio quæ nulla veterum auctoritate confirmata eft, non probatur Saraceno, cujus fententiam cur improbem, caufam habeo nullam. Idem Saracenus probabili ductus conjectura, tum & vetuftûm Diofcoridis interpretem imitatus, pro βαπτόμενον legere mavult λιθούμενον, feu πετρούμενον, ut hic fit fenfus. *Marinam effe plantam conftat. Quæ quidem alto mari exempta, duratur ftatim atque emergit, quafi à circumfufo nobis aëre lapidefcat, concrefcatve.* Et hæc quidem lectio habet auctorem Oribafium. Sic enim vertit interpretes. *Marina effe planta videtur, quæ profundo extracta mari duratur, tanquam offufo nobis aëre concrefcat.* Hac de caufa quod fub aquis molle fit, extractum lapidefcat, non omnino lapidem effe ait Theophraftus, fed ὥσπερ λίθος. Verba Theophrafti habentur in libello de lapidibus τὸ γὰρ κουράλιον, καὶ γὰρ τοῦτο ὥσπερ λίθος,

θον, τῇ χροᾷ μὲν ἐρυθρὸν περιφερὲς δ' ὡς αὖ ῥίζα. *Curalium enim: nam hoc veluti lapis est, colore quidem rubrum est, teres autem tanquam radix.* Satis aperte Ovidius lib. 5. Metamorph. cecinit curalium dum in aquis est, molle esse; mox ubi aëris sentit aflatum, durescere.

Nunc quoq; curaliis eadem natura remansit,
Duritiem capto capiant ut ab aëre, quodve
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum:

Rursum lib. 15.

Sic & curalium quo primum contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Eadem Solini sententia c. 2. *Ligusticum mare frutices procreat, qui quantisper fuerunt in aquarum profundis fluxi sunt, tactu quoq; carnulento: deinde ubi in supera attolluntur, naturalibus saxis derogati lapides fiunt: nec qualitas illis tantum, sed & color vertitur. Derogatos naturalibus saxis lapides vocat, genitali vel natali solo*

I detra-

detractos & exemptos. Naturalia saxa vocat, saxo in fundo maris, sub quibus, aut inter quæ nascitur curalium. Naturalis humor, genitalis materia eidem Solino eodem cap. *Quod si naturalis humor hæserit, decimus à conceptu dies dolore gravidas admonebit.* *Laudatissimum* inquit esse Plinius, *in Gallico sinu circa Stœchades insulas, & in Siculo circa Heliam ac Drepanum. Nasci & ait apud Graviscas & ante Neapolim* Campaniæ. Dioscorides plurimum inveniri ait in Promontorio Syracusis imminente, cui Pachino nomen est. In Tolerano exemplari habetur, *in Siculo circa culias & Drepanum.* Vulgata præstat lectio. vide cap. 5. lib. 3. ubi Siciliæ oppidum Heliam dicit. Eodem libro cap. 8. ait Drepanum esse Siciliæ promontorium. Eodem & capite Pachynum, ejusdem insulæ promantorium scribit. Antiquus noster eodē corruptus admodum, in eo scriptum est, *in Gallico sinu, circa Orchadas insulas.* Orchades insulæ Scotiæ vicinæ, Galliæ Stœchades. Probatissimum corallium Dioscorides inquit. τὸ πυῤῥὸν τῇ χρόᾳ καὶ ἐμφερὲς

αὐ'θι-

ἀνθερικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι κατακορεῖ. Doctissimus Cornarius. ἀντὶ ἀνθερικῷ, scribit σανδαράχα. Placet hæc conjectura Saraceno, idque quod Serapio ita legit. Rubentem enim, sive è puniceo rubescentem colorē exprimere voluit Dioscorides, qualis nusquam in asphodeli flore conspicitur, quem ἀνθερικὸν vocat, quique è contrario candidus. Cogitavi quandoque utrum vulgata lectio non possit servari, ac vox ἀνθερικῷ, quæ & apud Oribasium reperitur, non possit intelligi de candido corallo; præsertim cum apud Syracusas sive Siciliam corallum reperiatur nivei coloris, quod non, ut rubrum, compactum ponderosum sit, sed levius ac rarius, ac spongiarum modo inane. Attamen, quia recepta jam est opinio, rubrosum longe magis refrigerare, ac proinde eo uti. Medicos, ubi majore refrigeratione opus est; facile in animum induxi, albi coralli colorem, asphodeli floris colori comparari à Dioscoride: Quippe non sit verisimile, Dioscoridem candidum non vidisse corallum, cum in eodem reperiatur Pelago. De Coralli

colore hæc Plinius. *Naſcitur & apud Graviſcas, & ante Neapolim Campaniæ: Maximéq; rubens, ſed molle, & ideo utiliſſimum erythris.* Scribe, *& ideo viliſſimum erythræum.* Hoc viliſſimum quod nigrius. Sic enim paulo ante; *Gignitur quidem & in rubro mari, ſed nigrius, item in Perſico vocatur Iace.* An illud nigrius maris Erithræi, quod Dioſcorides antipathes vocat. ac cap. 140. lib. 5. deſcribit? καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἀντιπαθὲς κοράλλιον οἰητέον ὑπάρχειν, εἰδικὴν ἔχον διαφοράν. ἔστι δὲ τῇ μὲν χρόᾳ μέλαν, δενδροειδὲς δὲ καὶ αὐτό, καὶ ὀζῶδες μᾶλλον. *Quod antipathes vocatur, corallium quoque eſſe cenſendum eſt, ſed ſpecie tantummodo diſtans. eſt autem colore nigro, arboris & ipſum figura, at magis ramoſum.* Ἀντιπαθὲς dicitur, quod adverſus effaſcinationes, incantationes & amoris faciendi artes magicas potenter eſt efficax. Heſych. ἀντίζεμον φάρμακον, ἀντιπαθὲς, ὅπερ ὁ ποιῶν οὐ βλάπτεται ὑπό τινος ἀλεξιφάρμακον. Lælius in Apologia Apulei.

Antipathes illud quærito,
Philtra omnia undiq; irruunt.

Pli-

Plinius lib. 37. cap. 10. *Antipathes nigra non translucet. Experimentum ejus si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. eamque contra effascinationes auxiliari Magi volunt.* Nigram & non translucidam inquit; ideo ab Agricola hæmatites niger dicitur. Antipathes cũ non in mari nascatur, sed in montibus, non potest esse nigrum corallum maris rubri. Ctesias apud Strobæum. ὄρος ἐπὶ τῆς Μυσίας ἔρυθρας καλούμενον. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀνϊιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃ κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἄλφους, καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος ἐν τοῖς πάχεσιν ἐπιτιθέμενος. *Mons est Mysiæ qui Erythras vocatur, in hoc lapis generatur, qui antipathes dicitur. Hic in vino tritus & impositus potenter valet adversus vitiliginem, lepramq́;.* Recentiores corallium nigrum vocant, quod Dioscorides antipathes. *Nigrum*, inquit Matthiolus, *corallium, quod Dioscorides antipathes vocari ait, primum vidi ego Neapoli ebenum colore referens, atq́; post hac pulcherrimam ejus plantam dono mihi dedit Anzianus quidam qui quotannis*

mihi è Gardano Apuliæ monte afferre ſolet. Ea enim prope radices brachii fere craſſitudinem æquat, & à medio trunco in ramos ſeſe diffundit: Res quidem uſu digna & rara. Maſſiliæ quoque inter coralla occurrit, inſigni livore, perpolitum, colore nigerrimo. Ad nos corallum nigrum ferri ſolet, ſed in grana jam tornatum. Quorundam opinio eſt, duo eſſe ἀντιπαθοῦς genera; unum quidem corallii ſpeciem: alterum gemmam, de qua Cteſias. Antipathes ergo coralli genus corallum nigrum erythræum Plinii. Pergit Plinius; *Forma eſt ei fruticis, color viridis*, puta dum adhuc in mari eſt, & nondum politum ac purgatum. Sequitur; *baccæ ejus candidæ ſunt ſub aqua, ac molles: exemptæ repente durantur, & rubeſcunt, quaſi corna ſativa: ſpecie atq; magnitudine.* Doctiſs. Cornarius legit, *qua corna ſativa*, quomodo Plinius loqui ſolet. Hallucinatur, quod ſcribit, rotunda grana illa, quæ vulgo etiam hodie tornantur ex corallio, baccas eſſe fruticis ipſius, ita naſcentes. Nemo unquam in ipſo frutice baccam vidit,

dit, aut obſervavit. Grana quæ ex ipſo frutice tornantur, quandoque cornum referunt, quandoque alium fructum rubrum rotundiorem, quam *ribem* vocant: grana quæ in coralliorum monilibus cornis, ceraſis ſimilia viſuntur, ex ipſorum truncis torno & lima prius parantur, mox ſmyridis lapidis pulvere, & terra quadam, quæ è Tripoli Africæ adfertur, expoliuntur, & lucidum lævorem contrahunt, ſi iis diutius fricantur. Adhæc corallia è maris circumquaque muſcoſa eximuntur, nec tunc ulla ex parte rubeſcunt, verum artificibus tradita, deraſo cortice rubent, & perpolita niteſcunt. Καὶ τῇ χρόᾳ ψωρόν. Ψωρὸν χρῶμα in rerum non eſt natura. Cornarius legit, τῇ χροίᾳ ὠχρόν. *colore pallidum.* Corallium reperiri pallidum flaveſcens, quod ὠχρὸν ſignificat, certum eſt. Saracenus verò voces illas τῇ χροίᾳ, ceu redundantes expungit, contentusque eſt, ψωρὸν ex Plinio, *ſcabroſum* interpretari. Sic enim Plinius, *Probatiſſimum rubens, & quam ramoſiſſimum, nec ſcabroſum, aut lapideum, vel rurſus*

 inane,

inane, aut concavum. Antiquus noster codex habet, *probatissimum quam maxime rubet : & quam ramosissimum, nec scabiosum: aut lapideum; vel rursus inane aut concavum.* In Toletano codice etiam scabiosum scriptum esse, testatur Pintianus. ψωρὸν apud Græcos, quod Latini scabiosum vocant, significat. Antiqui ergo codicis lectio preferenda, *Aruspices eorum, vatesque, in primis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur.* Idem Solinus; *Excuduntur ex iis multa gestamina : habet enim ut Zoroaster ait, materia hæc quandam potestatem, ac propterea quicquid inde fit, ducitur, inter salutaria. &c.* Gestamina dicuntur omnia, quæ gestantur ad ornatum aut indutum. *Priusquam hoc notesceret Galli gladios &c.* Antiquus codex; Prius quam hæc notescerent. Doctiss. viris alterius codicis placet lectio. *Priusquam hoc nos deceret Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo, nunc tanta penuria est vendibili merce, ut* perquam raro visatur in suo orbe. Apud nos Coralli penuria nulla; usque adeo abundat Batavia,

via, ut fere nulli reperiantur infantuli, nullæque puellæ (iis exceptis quæ auro & margaritis, unionibusque ornatæ sunt) quibus non gestentur corallii monilia, aut collo, aut brachiis suspensa. Ex Siculo mari extrahitur, atque inde ad nos defertur. Corallium fruticis forma, colore rubiæ radicis æmulum, universæ Europæ pervulgatum maximique usus & commodi. Colore nonnihil variat, quandoque intenso, nonnunquam diluto colore cernitur rubro; interdum fuscũ spectatur, rarius subflavescit, & hoc vilissimũ; contra quod intense rubrum præstantissimũ. De nigro corallio satis dixi. Sub undis Tyrrheni pelagi, ubi & rubrũ reperitur, corallium candidum extrahitur, similibus crebris, surculosis, anfractibus & flagellis, sed acetabulis insculptum polypi piscis æmulatione. Quandoque est stipite longe crassitiore, brachium æquante, & materia magis fungosa, multis acetabulis insculpta aut inscripta. Universa planta pedem unum longa est, vixque cubitum proceritate superat. Variat

etiam ; quod quandoque asperum & striatum sit, quandoque non, non raro verrucosum est, punctis notatum; interdum stellatum est. Corallii truncum exhibeo crassum, quale ab omnibus observatum. Alterum corallium est recens natum. Ramulos adeo tenues hæc habet, ut acus vulgaris crassitiem nō superent. Truncus colore candidissimus est, ac pueri digiti minoris crassitie; ramulus ex eo qui nascitur tenuissimus, colore non est candido, sed pallido subfulvescente. An omnia corallia tenuissima, ac recenter nata virgulta tali colore, mihi non constat. Et hæc de corallo.

Ioannes Bauhinus

Histor. Plantarum libr. 39. cap. 33.

Corallium, quod aliqui Lithodendron (Κοράλλιον ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον) appellarunt, marinam esse plantam constat in Diosc. Ea quidem alto mari exempta, duratur statim atque emergit, quasi à circumfuso nobis aëre, lapidescat, concrescatve. Plurimum invenitur in

in promontorio Syracusis imminente, cui Pachyno nomen est. Probatissimum rubēs, colore Sandarachæ, aut Sandycis saturatæ, nec secus terenti facile cedens, & æquabili usquequaque concremento, insuperque Musci aut Fuci marini odorem referens, & quam ramosissimum, forma fruticis, Cinnamomi æmulum. Quod autem in lapidis duritiem coit, scabrosum, fistulosum, ceu concavum, præterea & inane, seu spongiosum, vitiosum existimatur.

Ovidius 4. Metamorph. in fabula de Andromeda & Perseo, & lib. 15. Coralli proprietatem describit.

Coralium, marinum esse fruticem, & ex alta extractum durari statim, atque ideo Lithodendron vocari comprobant verba Plinii *lib. 32. cap. 2. & lib. 37. cap.* 10. Matthiolus perhibet Corallium ex Tyrrheno & Siculo mari extrahi atque inde ad Italos deferri. Plinium miratur (ut etiam Amatus, Lacuna & Cornarius) quod tam facile sibi perevaserit, Corallium per se baccas ferre, quasi Corna sativa specie atque magni-

tudine, perinde atque cæteræ arbores ſuos proferunt fructus. Quandoquidem, ut fatentur ii, qui Corallia expiſcantur, & in iis mercaturam exercent, nullas per ſe baccas edunt. Baccæ enim quæ in Coralliorum monilibus cornis ac ceraſis ſimiles viſuntur, ex ipſorum truncis torno & lima prius parantur: mox ſmyridis lapidis pulvere, & terra quadam, quæ è Tripoli Aphricæ adfertur, expoliuntur, & lucidum lævorem contrahunt, cum iis diutius fricantur. Adhæc Corallia è mari circumquaque muſcoſa eximuntur, nec tunc ulla ex parte rubeſcunt, verum inde artificibus tradita, deraſo cortice rubent, & perpolita niteſcunt.

Corallium frutex, inquit Cæſalpinus, villosâ ſubſtantiâ obſitus eſt, inſtar Muſci: colore viridi, aut cinereo, intus rubro, qualis eſt color carnis, aut intenſioris rubedinis, qualis cocci: tradunt ſuccoſam eſſe plantam, ſucco lacteo: renaſci, ubi lac contigerit. Figura antẽ eſt arborea, lapidib. hærens, cubito brevior: multis ramis, tortuoſis, ſine foliis, ſine

fru-

fructu,ac sine radice Falso Plinius putavit baccarum formam , artificio paratam, sponte nasci. Gesnerus de fig.lap. inter alia, Corallium sexu distinguit. Ac rubri quidē, marem rubentiorē tradit, fæminam vero dilutiorem ad hominis proceritatem aliquando accedere dicitur.

De corallio vide Agricolam lib. 4. de nat. fossil. & Levinum Lemnium lib. 2. c. 12. de occult. ubi ait mulieres Corallium deterius facere. Aperte autem hallicuniatur Agricola credens Byon Dioscoridis & Plinii esse Corallium.

Ferd. Imperato Corallium rubrum vegetabile marinum est, quod à primo trunco in ramos abit,qui rursus in alios, atque minores divaricantur; sic speciem gerens arboris foliis & fructibus suis orbatæ. Substantia pretiosa est, densa, quæ præclarem atque insignem polituram admittit.Scopulis aut forti cuidam substantiæ testaceæ affixum reperitur. Vegetabile esse non tantum inde constat, quod crescens propriis sese viribus sustinet, sed quod scandentium instar

vicinis plantis lignosis innititur, atque fulcitur, quæ figura & ramorum divaricatione ipsi Corallio similes.

Corallii hujus species colore etiamnum variantes aliquod sunt. Sunt enim aliæ saturè rubræ, aliæ lateritiæ, aliæ dilutiores, aliç ad flavum tendentes. Sunt & quædam in fusci coloris varie permixti, quasi earum substantia ex succo minus purgato varios sit compacta.

H. Lugdunensis Rhapsodus maxime hallucinatur, quod pro Corallis rubro & albo pag.1375 ponat figuram Coralloidis fruticis Lobelii.

C. Bauhuin. apud Matth. pro Corallio albo & rubro ponit figuram ex Lobelio, qui tantum pro albo posuerat, & non pro rubra. *Eid.pin.* Corallium 1. sive rubrum: Corallium Gesn. Lob. Lugd. & Cæs. Corallium rubrum Imper. coloris vel vitense, vel dilute rubri est, vel subflavescentis, vel fusci.

Græcis κοράλλιον & λιθόδενδρον Lat. Corallum & Corallium: Germ. Corallen. Belg. Corael. Gall. & Hisp. *Corallo:* Arab. Bessad, Mergen Besd, sive Morgian.

Coral-

Corallium adſtringit & refrigerat mediocriter, excreſcentia coërcet, oculorum cicatrices abſtergit, ulcera eorundem cava explet, ac cicatrices extenuat. Contra ſanguinis rejectiones excreationeſve efficax eſt, & urinæ difficultate laborantibus auxiliatur. Quin & potum ex aqua, lienem abſumit. Surculi infantiæ alligati, tutelam habere creduntur, ait Plinius. Contra verò torminum, veſicæ, ac calculorum mala in pulverem igne redacti, potique cum aqua auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut, ſi febris ſit, ex aqua, ſomnũ afferunt. Ignibus diu repugnat. Sed eodem medicamine ſæpius poto tradunt lienem quoque abſumi. Sanguinem rejicientibus excreantibusq; medentur. Cinis eorum miſcetur oculorum medicamentis. Spiſſat enim & refrigerat. Ulcerum cava explet. Cicatrices extenuat. Corallio uſque adeo abundare Italiam, addit Matthiolus, ut fere nullibi reperiantur infantuli, nullæque puellæ quibus non geſtentur Corallii monilia aut collo, aut brachiis ſuſpenſa, quo item utuntur fœminæ

minæ in templis ad ſuas preces faciendas, Cęterum ſcribit comitialibus commode adalligari, hauriendumque præberi. Famam eſſe Corallium ædes à fulminum injuria tueri. Idem menſium abundantiam cohibere, dentes commotos firmare, deſquamatas gingivas emendare, itemque oris ulcera ſanare. Potum dyſentericos juvare, ſeminis profluvium in viris, nocturnaſq; pollutiones, & in mulieribus albas uteri fluores reprimere. Recenſeri inter ea (Avicenna teſte) quæ cordi hilaritatem adferunt. Corallio, inquit Lobelius, ædes à fulminũ injuria tueri ſuperſtitioſum & fabuloſum. Quoties ſiccandum, & ſiſtere oportet eruptiones quaſvis menſtruas, dyſenterias, & cruentas dejectiones, ad Corallia refugium quidem, ſed uſta efficacius ſiccant. De iis nihil Galenus *in lib. de ſimpl. med. facult.* De variis vero eorum Hermeticis præparationibus conſulantur Chimici.

Coral-

Corallium nigrum ſive antipathes,& adulterinum.

CAP. 3. *Pag.*48.*& ſeqq.*

PRo Corallio nigro nobis ab amico demonſtrabatur ſtieps hæc, à vero Corallio haud paucis notis differens. Erat hoc firmum, nigrum, lentum, lucens & læve quidem, paucis tamen veluti verrucis alicubi inæquale, ramoſum,durum, ac pœne oſſeum. Verum quia flectebatur, & dentium attriba tenaciſſimum erat,accidit ut an factitium eſſet,dubitaverimus.Saltem hoc ſcimus non lapideam habere ſubſtantiam, ſed lentam potius. In medio nervulum habet rufum.

Quod ἀντιπαθὴς vocant, κοράλλιον eſſe putavit vel ipſe Dioſcorides,ſpecie quidem ſolum differens. Deſcribit autem colore nigrum, arboris figurâ etiam ipſum,ſed magis ramoſum : aitque vim eandem, quam rubrum habere. Corallio ſimile dixit etiam Plinius & ſine foliis eſſe.

Corna-

Cornarius statuit Corallii tertium genus nigrum, rarum in Germaniâ, Antipathes Plinii, & fortassis ejusdem Isidos Plocamon.

Matthiolus nigrum Corallium primum vidit Neapoli, Ebenum colore referens. Pòst pulcherrimam ejus plantam doni ipsi dedit Anzianus quidam, prope radices brachii fere crassitudinem æquontem, & è medio trunco in ramos sese diffundentem raram quidem, sed visu dignam.

Amatus in Dioscor. ait se Corallium nigrum Antipathes vidisse Ferrariæ & Anconię. Antipathes hodie rarissimum, sive Corallium nigrum rerum in Gallicæ Hispaniæ inveniri ait Gesn. *de fig. lap. c. 10.* Antipathes sive Corallium nigrum Dioscoridis (ut vocatur *in Obs. pag. 650. & icar. Plant. tom. 2. pag. 251.*) Massiliæ inter Corallia occurrere, insigni lævore perpolitum, colore nigerrimo, testatur Lobelius. Imperatus Corallium nigrum, substantia omnino simile ait rubro, & colore nigro tantum separat, atque ranitate. Antipathis sive Corallii nigri

nigri iconem ex Lobelio proponit H. Lugd. p. 1376. itemque C. Bauhin. apud Matthiolum ubi Corallium nigrum Dioſcoridis vocat. Eſt hoc ei *in Pin.* Corallum 2. ſive nigrum.

Antipathes hirſutum, ſive Corallium foliatum.

Pona in Baldo monente Antipathes ſive Corallum foliatum eſt foliis minutis inſtar ſetæ porcorum, ſeu ariſtæ triticeæ. Invenitur in maris Sardiniæ fundo inter Corallia piſcandum. Eſt autem longitudine unius hominis ſtaturæ, & vocatur in illis partibus vulgo Sambeggia. An C. Bauhin. pin. Corallina 6. ſive nigra ſetacea? Antipathes ſecunda ſpecies Ponæ.

Corallium album & Corallium album officinarum oculatum.

Inter naturalia noſtra Corallii albi officinarum truncum ramoſum adverſamus Maxima craſſities noſtri, fere carpi humani eſt, pars quâ hæret lapidea, poroſa; ſubſtantia ſolida, lapidea, ponde-

ponderosa, exterius lævis, tota candida, multis foraminibus radiatim intus striatis donata. Rami temere & inæqualiter divisi, tortuosi, quos cum radice Polypodii si figuram spectes haud male conferri posse dixeris.

Cornarius notum ait vulgo ubique Corallium albo colore. Albi tamen neque Plinium, neque Dioscoridem mentionem fecisse, nisi id sit, quod Dioscorides colore pallidum dixit atque damnavit.

Suspicatur Cæsalpinus Ebur fossile esse apud Theophrastum, quod ut Plinius refert, candido & nigro colore invenitur. Apud Avicennam etiam mentio fit albi Corallii.

Cæsalpino porro si credimus, incertus est Corallii albi officinarum, nitore & candore Eboris, ortus. Matthiolus tamen author est Corallium nivei candoris in Tyrrheno & Siculo mari reperiri, non quidem, ut rubrum, compactum, ponderosumque, sed lævius ac rarius, spongiarum modo inane.

Rhapsodus Histor. Lugdun. non

bene

bene posuit pag.1374.figuram Coralloidis fruticis pro Corallio albo Lobelii in Observ. pag.650.sc.tom.2.pag.253.

Imper. distinguit Corallium album à nigro densitate & politura, quam recipit, sed in cæteris omnibus rubro simile dicit, albedine pura & lactea: non adeo frequens, Tradit & alterum Corallium album, fistulosum, valde ramosum, in superficie foratum, quod ex Sicilia adferri testatur. Cæterum ejus pictura optime respondet iconi nostræ ex Corallio nostro paratæ.

Corallium album, Amato.Lac.Gesner. de lap.fig.& C.Bauhin.pin.

Amatus astringendi & refrigerandi vim adscribit omni Coralli generi, sed albo potentiorem, proinde eo utuntur Medici ubi majore est opus refrigeratione.

Corallium candidius Verrucosum punctatum, & Corallium stellatum albi puri colores.

Corallii hæc species Imperati colore est quam vulgatæ candidiore, superficie tenus

tenus punctata, tuberculosa. Trunco cæteroqui ramisque crassioribus quam rubri. Provenit in Oceano. Reperitur quoque in mari majori.

Imper. Coralli candidioris species tuberculosa punctata: *Corallo punticchiato tuberculos.* C.Bauhin. pin. Corallum 7. sive album punctatum. Imp.

Corallium stellatum quod ab Oceano habetur substantia est cæteris Corallii speciebus simili, colore exquisite candido, superficie tenus denso agmine stellarum minutularum impressarum obsita, unde & nomen indeptum. Planta est de Coralliorum genere, magna satis, trunco & ramis teretibus, quadam sui parte striata.

Imper. Corallium stellatum. C.Bauhin.pin. Corallum 8. sive album stellatum: majus & minus, quod nobis nunc describendum.

Icon est coralli verr. punctati

Corallium stellatum minus album

Corallii stellati genus hoc, ab Imperato ex mari Hispanico delatum, substantiâ est minus solidâ, nec ita candidum,

dum, ſicut id quod punctatum modo vocavimus; cęterū undique etiam ſtellis parvis impreſſis notatum: truncus quoque & rami craſſiores, quam reliqua Corallii genera.

C. Bauhin. pin. Corallum 8. alterum, ſive album ſtellatum minus.

Corallii albi varietas ſtellata.

Stipite longe craſſiore, brachium æquante, & materia magis fungosâ, multis, acetabulis inſculpta aut inſcripta. Univerſa planta pedem unum longa eſt, vixque cubitum proceritate ſuperat.

Lobel. Obſ. p. 651. icon. tom. 2. p. 253. & Hiſt. Lugd. pag. 1376. Coralloides ſive Corallii albi varietas. C. Bauhin. pin. Corallum 6. ſive Corallum album ramoſum alterum.

Corallum genicularum album

Ex argumento nomen inditum eſt. Conſtat enim hoc Corallium internodiis quibuſdam ceu articulis animalium. Ramoſum enim eſt, & rami, ad inſtar articulorum animalium, ad invicem committuntur. Figura cæteroqui ſunt rectâ, circa articulos nodoſiore, per longitudi-

gitudinem ſtriatâ. Subſtantia ejus denſa, alba, in medio exiguum meatum, medullæ ut puto vices ſupplentem, habet, qui à radice productus in omnes ramos propagatur. Eſt ut & alicubi velut pluribus corticibus conſtare videatur, alioqui cortice unico obtectum eſt, undique corallineo, albo, & reliquæ ſubſtantiæ. Percuſſu ſecundum longitudinem facto facile diffiditur.

Imper. Corallum geniculatum: It Corallo articulato, C. Bauh. pin. Corallum 9. ſive album articulatum.

Creſcit in Majorica inſula; unde ab Imperato allatum eſt.

Corallium aſperum candicans adulterinum.

Ex lato principio craſſus exoritur caudex, qui mox in ramos divaricatur minutius diviſos, albicantes, ſuperficie aſperos, tortuoſos. Subſtantia interna minutiſſimis poris pertuſa eſt, & quam externa facies albicantior.

Omnium maxime lapideum hoc Corallium eſſe videtur. Altitudo vix quatuor uncias adæquat.

An

An Gesn. fig. lap. Gypsum quod Coralloides cognominari potest? Est enim Corallio albo persimile, ramosa seu fruticante specie.

Reliquæ Coralliis affines plantæ marinæ videantur ibid. cap. seqq.

Olaus Wormius

Musæi *libro 2. cap. 35. fol. 230. &c.*

CAP. 3. pag. 48. &c.

ARbusculam marinam coralloidem, quam à magnitudine ita vocat Clusius *Exot. lib. 6. cap. 1.* forsan ad Alcionia retulerit quispiam. Inter reliquas duas ejusmodi possideo, quæ ferme notis omnibus respondent iis, quæ à Clusio sunt delineatæ. Quia vero quædam in iis observaverim, à Clusio non animadversa, eas delineabo. Ex Norvegia ad me delata est utraque colore albicante ad flavedinem tendente, qualis in Zinzibere observatur. Major longitudine est pedum quatuor, in multos ramos laterales, in alteram partem nutantes, divisa. Caudex infimâ parte dilata-

tur, ut manifeste appareat, scopulo eam inhæsisse, non quidem in fibras radicum divaricatur, sed in amplitudinem paulatim extenuatam extenditur, in ambitu pedem ferme æquantem, crassitie brachiali. Et quamvis crassus videatur, materiâ tamen constat friabili, fungosâ, quæ ob salsedinem facile resolvitur in aëre humidiore, unde fit, ut hujus rami mihi hiberno tempore multi deciderint, & in arenaceam resoluti substantiam perderint. Quamvis semel atque iterum in hypocausto exsiccaverim, ut primum tamen aëri humidiori exponitur, eum attrahit & mollescit. Rami innumeris tuberculis sunt obsiti, qui, dum recens adhuc erat planta, capita simiarum haud inepte referebant, oculis, naso, & ore. Quod Clusius quodammodo animadvertisse videtur, dum externe orbicularibus notulis distinctos refert. Planta tota tenuis & gummoso cortice tecta apparet, ubi bene exsiccata est, alioquin quod corticosum est, pulverulentum apparet. Color rubicundus qui in Clusii planta visebatur, non

non fuit naturalis, sed ascititius, ut recte suspicatur. Saporis certe salsi admodum, sed non adeo ut merum referat sal, sed potius arenosum quid, cum sale permistum.

Altera quam possideo arbuscula, minor est, trium scilicet pedum, figurâ plane priori respondens, sed basi ejus abrupta, & quia melius exsiccata, non ita in aëre humido resolvitur ut prior. Nutat etiam in alteram partem, ut solent vegetabilia marina pleraque. Plures deinceps ejus generis nactus sum plantas ejusdem naturæ & proprietatis.

Corallia, quamvis à quibusdam ad lapides referantur, tamen à non paucis ad plantas marinas lapidescentes trahi solent, tum quod eorum sub aquis mollitiem præsupposuerint, tum quod consistentiam duriorem tum primo ea acquirere putarint, ubi extracta & aëri exposita fuerint. Vocatur ergo Lithodendra quibusdam, Dentritis Plinio, Gorgonium aliorum, Corallia tamen sub aquis mollia non esse experimentis probare conatur ultima Tyrocinii Chy-

mici editio à Pelshovvero procurata *VVittebergæ* Anno 1650. sic enim *lib. 2. cap.* 10. *pag.* 13. disserit: Generosus Dominus Iohannes Baptista de Nicolo, Eques Massiliensis & Regius Piscationis Corallorum in regno Thunetano præfectus, certo mihi confirmavit, quod cum Anno 1585. mense Iulio in mari Bizertino regni illius Thunetani Piscationem instituisset, cupiditate naturæ Corallorum investigandæ adductus, juvenem funibus sufficienter longis alligatum, & pondere viginti quinque librarum in utrâque manu, ad descensum liberiorem, in mare istud centum perticas profundum demiserit, ipsique in mandatis dederit Corallium ut evelleret, & inter evellendum curiosè attenteque observaret, an molle, durumve esset. Qui, ubi rursus adscendisset, utrâque manu Corallum attulerit, constanterque asseruit, illud non minus in suo mari, quam supra illud, durum esse: & se, cum ad octo perticas aut circiter prope fundum maris appulisset, magnam ibi frigoris vim sensisse. Imo quod ipsemet etiam, cum rela-

relationi ejus fidem adeo non haberet, in mare, cum retia, quibus corallia piscari solent, contrahenda essent, antequam in ipsum aërem efferrentur, ad profunditatem unius perticæ se immerserit, & Corallium reti adhærens manu prehenderit, idque tum æque durum, ac cum aëri externo esset expositum observasse. Idem etiam confirmat Ong de la Poitier, Nobilis Lugdunensis, qui Anno 1613. ab ejusmodi piscatione reversus est. Quod si ita sit, magno certe in errore hactenus versati sunt Præceptores nostri contrarium docentes, pergit idem Author. Retulit quoque Dominus de Nicolai, quod Vere, quando Corallium evellitur, liquor quidam lacteus ex eo inter frangendum emanet, qui decidens super lapidem, lignum, ferrum, aut aliam materiam, Corallium producit.

Est autem Corallium frutex marinus ramosus, sub aquis viridis, qui extractus lapideam acquirit soliditatem. Quando succus lapidescens, ob peculiarem ejus dispositionem se poris insinuat, atque in

ſuam convertit ſubſtantiam, lapideſcere incipit, ſed ſoliditatem debitam demum ab aëre ambiente acquirit. Colorem vero ex ſeminio habet Immaturos Corallos vidit Anſhelmus Boëtius, fuſco, viridi, alioque colore tinctos, qui per maturitatem rubedinem acquirebant, ut fructus alii rubicundi. Corallis dum eximuntur, multa extrinſecus adhærent, quibus depoſitis, nativus color ſe prodit. Coralliorum variæ ſunt differentiæ, tam ratione colorum quam confirmationis. Sunt enim rubicunda, alba, nigra, ſtriata, ſtellata, articulata, ſolida, fiſtuloſa, ſcabra, poroſa, racemoſa, &c. Ea quæ tenemus nos breviter delineabimus.

Corallium rubrum eſt vegetabile marinum, cujus truncus paulatim ſe in varios ramos diſpeſcit, inſtar arboris foliis & fructibus deſtitutæ, colore eleganter rubicundo. Falſum enim eſt, quod Plinius *lib. 32. Natur. Hiſt. cap. 2.* aſſerit, Corallia rubra, baccas habere ſimiles cornis, ſpecie & magnitudine. Subſtantiam habet lapideam, quæ poliri exacte poteſt.

poteſt. Naſcitur & per ſe & ex aliis quibus adhæret. Vidi Piſis in Italia fruticem elegantem Cranio innatum. Quin etiam alias plantas lignoſas quandoque inveſtit, & ad modum earum divaricatur, ut dum integræ ſunt, nemo à veris Corallis eas diſtinguere poſſit. Ipſum vero Corallium rubrum inveſtitur tunicâ quadam albâ, quam politurâ demere oportet, ut ſe prodat rubedo. Si igni applicetur, in cruſtas ſeparatur ejus ſubſtantia, quarum una alteram veſtit, ut tunicæ in cæpis, quamvis id alioquin non appareat. In mari Tyrrheno circa Maſſiliam, & adjacentia loca, copiosè invenitur. Quo pacto Corallia rubra amiſſum colorem recuperent, vide apud Anshelmum Boëthium *de Gemm. lib. 2. cap. 154.*

Vim habet exſiccandi, adſtringendi, & refrigerandi, Cor, Ventriculũ, & Hepar roborat, ſanguinem purificat. Si à viro geſtetur, coloratius redditur, & elegantius rubet, quam ſi à muliere; ſi à morte proximo, aut periculoſe ægreotante geſtetur, palleſcit & colorem mu-

tat, imo futuros morbos, coloris mutatione, donotare volunt. Amuletum habetur puerorum contra terriculamenta, fascinationes, incantationes, venena, Epilepsiam &c. collo appensum, aut brachiis gestatum. Venenatis & contagiosis morbis resistit, si pondere Drachmæ semis exhibeatur. Si infanti primum nato, grana x. ex materno lacte, ante alium cibum exhibueris, ab Epilepsia tuetur, menstrua cohibet, gonorrhœam sistit, sanguinis rejectiones & fluxus dysentericos sanat, renum & Vesicæ Calculos expellit, cicatrices extenuat, ulcera carne explet, lachrymas sistit, dentitionem puerorum promovet, si id crebro mordeant. Quæ omnia efficacius præstant illa quæ Chimici ex eo præparant, Tincturæ, Sales, & olea, de quibus multi multa scripserunt.

Immaturi Corallii plantam elegantem mihi dedit serenissimus Rex Noster Fredericus III. Anno 1649. 6. Febr. Radicis loco erat Massa, gypsea quasi, Corallium album referens, ex qua ab uno latere varii rami obtusi, nodosi, & scabri emer-

emergunt, ad semipedis altitudinem, ab alterâ verò parte Coralli immaturi planta, pedes duos cum dimidio alta; juxta radicem varii & tenues stolonum surculi emergunt inordinati & incurvi. Planta ipsa juxta radicem crassitie est minimi digiti, ubi ad pedis circiter longitudinem excrevit, caulis contortus aliquantulum, & nodis tribus ex ramusculorum abruptorum reliquiis dotatus divaricari incipit & attenuari, usque dum in summitate in 22. tenuissimos filamentorum instar extenuetur ramusculos: plana est planta, ut omnes marinæ, interiore substantiâ constans lignea, quæ Corallina crustâ quasi obducitur, & incrustatur. Hunc fruticem eundem esse arbitror, cum eo quem postea sub titulo plantæ Marinæ Resedæ facie delineato. Sed quia ab hac omnia vascula ablata sunt, peculiaris jam videtur.

Eodem tempore addidit *Fruticis Coralloidei* ramum, qui omni ex parte refert hirsutum cornu cervinum, quod lanugine obducitur adhuc novellum; adeo ut tale cornu in lapideam substan-

etiam converſum quis juraret. Ramus primarius dimidii pedis longitudine, craſſitie pollicis grandioris, ad latera in duos alios divaricatur ejus craſſitie, quorum inferior, ubi unciæ unius longitudine emerſit, rurſum in duos alios diſpeſcitur. Horum inferior, ubi per tres uncias emerſit, alium protrudit minorem, aliquanto tenuiorem, qui in duplicem deſinit apicem, eodem pacto ramus ille, qui hunc ſequitur, niſi quod brevior ſit ob apices abruptos. Alter proximus trunco ad ſeptem ſe extendit uncias, & prope apicem etiam divaricatur in duos ramos extenuatos. Superior ramus in quatuor ſcinditur brachia, quorum longius pedem ferme æquat, duo ad latera poſita divaricantur bifariam. Ei etiam nodi quidam adhærent, rudimenta quaſi novellorum brachiorum exhibentia. Mirum in hac ſpecie, quod ſi ſuſpendatur ut libere in aëre pendeat, ac digitis pulſetur, ſonum edit metallicum, perinde ac ſi ex ære eſſet conflatum, cum tamen nullum ullius metalli veſtigium in eo viſatur

tur

tur, salsa & lapidea constat substantia.

Corallium album, quoad lævitatem & splendorem ac densitatem simile est rubro, sed colore differt, qui hic albus est & lacteus. Mihi præter alia frustula, massa quædam est, trium unciarum latitudine, quatuor longitudine, variis fistulis & foraminibus prædita, tantæ applitudinis, ut pennam anserinam ejus cavitatibus inserere liceat. Pendeat vero uncias quinque. Ferrandus Imperatus Corallium album fistulosum vocat.

Corallii albi, in ventriculo Hirci reperti, tres particulæ ex tractu Nidrosiensi mihi sunt transmissæ. Harum una longitudine est unciarum Duarum, crassitie pennæ anserinæ, præter extremitates dilatatas, duas habens hispidas, porosas extuberantias, Cotyledones rectius dixeris, ipsa vero substantia potius os, quam Corallium refert. Reliquæ duæ particulæ unciales sunt, ejusdem substantiæ, earumque major unum habet Cotyledonem.

Alcis Cornu refert frustum Corallii albi, sed diversæ prorsus substantiæ à

prioribus, nec enim cavitates ſeu Cotyledones habet, ſed ſolidus eſt, trium unciarum longitudine. Ex trunco ubi adſcendit, unciam circiter unam dilatatur, ac rami plani & obtuſi alium protrudunt ramuſculum, cujus pars abrupta. Hinc altius ubi procedit amplius dilatatur, ac mox in quinque ramos diſpeſcitur, quorum duo, latus ſiniſtrum occupantia, ſibi ex adverſo ſunt poſita, reliqua ordine, ut digiti in manibus, locantur, ſed ab invicem longiuſcule divaricantur. Aſperiuſculum eſt, & poris quibuſdam ſuperficiariis præditum.

Corallium album ramoſum foſſile, truncus eſt quinque unciarum, rudis, aſper, ad cinereum tendens, inæqualis, poroſus aut exeſus quaſi, craſſitie brachii infantilis, variis protuberantiis, & abruptorum ramorum reliquiis deformis, quibuſdam in locis ſtriatus, foraminibus hinc inde ſcatens, multis inæqualitatibus in ramorum fracturis: Sub terra defoſſus hic truncus fuiſſe videtur.

Corallium album geniculatum è mi-

neris

neris erutum, longitudine est unciarum duarum, crassitie pollicari, colore ad luteum inclinante, superficie lævi & politâ, nisi ubi ramusculi decerpti, quorum vestigia supersunt porosa, inæqualia & aspera. Fuerunt autem septem numero ramuli, ex quibus quinque minores, duo verò majores & crassiores. Quamvis superficies ipsa, ut dixi, polita sit, per longitudinem tamen excurrant lineę, non rectę, sed hinc inde, pro ratione corporis, quandoque obliquæ & contortæ.

Geniculati truncus cum radice, corpus est quinque circiter unciarum longum, eâ parte, qua radicem constituimus, amplum, nodosum, ex albo flavescente cum nigris quibusdam maculis, læve; sed ex adverso in alas quasi divaricatum & aliquantulum cavum, in se lutum, cui immersum fuit, continens. Genu grande ubi constituit, de se fundit ramum tenuem, trium unciarum longitudine, pennæ olorinæ crassitie, cui circa basin annatus fuit alius minor, sed jam abruptus. Corpus hoc exterius læve

& glabrum eſt, totum ſolidum & non poroſum, in quadam exterioris ſuperficiei parte, ubi non candicat, ſed ad luteum ac nigrum inclinat, lineis quibusdam tenuibus per longitudinem excurrentibus præditum.

Corallium niveum; ejus mihi exiguum eſt fruſtulum duarum circiter unciarum, in quamplurimos ramuſculos divaricatum, ſed tenues admodum, ut craſſitie culmum hordeaceum non ſuperent, ſed omnes eleganter nivei, & nulla macula infecti. Totum corpus vix ſcrupulum pendet. Quod nomine *Corallii purioris* in dentes efformati accepi, nihil aliud mihi eſſe videtur, quam particulæ quædam à Corallo albo abruptæ, figura triangulari acuta, qua dentes canis Cattharios quodam modo æmulantur.

Corallium minerale rudius, in varias fictum eſt formas vel potius informe eſt corpus, poroſum, cinereum, variis abruptarum ramorum prominentiis deformatum, baſi inæquali, nodoſa, quatuor unciarum, ex qua emergit ſti-

pes

pes ejusdem longitudinis, etiam nodosus, inæqualis, cinereus, porosus vernicularis, cinereus. Sed omniū pulcherrimum & maxime admiratione dignum est in hoc corpore, quod ex nodis circa basin, Corallium rubrum, elegans, variis in locis enascatur, ut non immerito hoc corpus matrem Corallorum nuncupare valeam, ob frequentia Corallii rubri rudimenta in eo existentia.

Corallii albi genus quod Imperato dicitur, *Madrepora ramosa*, massa grandis est, novem librarum, ramis quampluri-mis invicem involutis, nunc minoribus, nunc majoribus, in quorum extremitatibus foramina sunt crispa interna superficie, sex quasi membranaceis sepimentis prominentibus. In his foraminibus animalcula nidulari verisimile est, siquidem conchas minutas in iis deprehendi, de quibus suo loco. Superficies exterior, quibusdam in locis candida est, quibusdam luto quasi quodam obducta, variorum colorum; Ubi frangitur, interius candicat. Exterius adhæ-

fere

ſere tubuli quidam marini,&alia excrementa.


Saxo parvo, magnitudine ovi gallinacei,ſed anguloſo,inæquali,coloris nigricantis, griſeo quodam ſucco lapideſcente conſperſo, adnatum eſt *Corallium griſeum*, trium unciarum longitudine, totidem latitudine, in varios ramos diviſum, qui in alios rurſum divaricantur, inæqualiter diſperſis ramulis, quorum quidam vix dimidiam ſuperant unciam.

Corallium tuberoſum punctatum illud eſſe videtur,quod Bauhinus vocat Corallium album verrucoſum,punctatum. Cluſius vero *Exoticorum lib. 6. cap. 7.* Plantam Saxeam Abrotanoides, deſcriptio enim plane convenit, ſi magnitudinem exceperis, quæ diverſa eſt à meâ. Planta eſt ſaxea, quodammodo ad naturam Coralli accedens, poroſa, quinque unciarum, in multos ramos diviſa, qui deinde in alios minores ſeſe ſpargunt, quodammodo Abrotani fœminæ, ſeu Chamæcypariſſi Plinii folio-

rum

rum formam referentes. Nam brevibus tubulis, instar minutissimorum foliorum, constant, serie quadam dispositis, sed magis multiplici in trunco, in crassioribus ramis fere attriti sunt, ut foramina duntaxat relicta sint, tanquam foliorum tubulatorum vestigia. Sed extremi ramuli in mucronem obtusum desinentes integri sunt. Substantiâ est dura, alba, salsum saporem retinens, marina enim est & è saxis procul dubio in mari abrupta.

Coralli nigri mihi ramus est, sex unciarum longitudine, quâ crassior pennam anserinam non superat, paulatim vero attenuatur, & non recta, sed per anfractus adscendit, ramusculi abrupti vestigia circa summitatem ostendens. Totus ater est, nec admodum porosus aut ponderosus.



Iohan-

Ioannes Ionſtonus

Thaumatographiæ naturalis claſſe. 4.

CAP. XII.

De Corallio.

C*Orallium* aliâs *Lithodendron.* Oritur ex ſucco lapideſcente. Eſt vero frutex ſub aqua marina viridis & mollis, baccas habens ſimiles cornis nativis, ſpecie & magnitudine, item molles ſed candidas. Reſectus ſtatim induratur. Omne priuſquam præcedatur viride eſſe videtur : Interdum etiam unius coralli ſtirpes ramique partim ſunt rubri, partim candidi, partim nigri. Maxima in mari Mediterraneo colligitur quantitate, & Maſſilienſes quotannis adeunt piſcatum, retibuſque ex imis Oceani viſceribus extrahunt. *Diſpens. Chymic. l.2.cap.49. Linſchottus part.3. Orient. Ind. cap. 1.* ad caput Bonæ ſpei ſcupulos eſſe ait, in his corallium acutiſſimum. Omnifarii coloris Indi geſtant, quia aruſpices amoliri arbitrantur pericula. A faſcinationibus

tionibus infantes tueri vulgus sibi persuasit superstitiosum hoc illud certum, quia gelidissimum est sitim sedare. *Mercurial. l. 3. de curand. affect.* Collo admotum turbulenta somnia propulsat; & nocturnos puerorum terrores compescit. *Pansa de prorog. vitæ l. 4.* si à viro gestetur rubescit exuberantius; in pallorem muliebri devenit consvetudine. *Lemn. l. 2. de occult. cap. 22.* Fuliginosi in fæmina spiritus in causa, languidus in corallio calor, vaporosa ac mitis caloris innati in viro substantia. Inde & sinapis semen corallium si obruat, rubicundum efficit. Sunt vere & aliæ stipes, quibus succus lapidescens concedit in mari primordia. In extero circa Herculis columnas & hymum & frutices lauri specie, in Indo juncti & calami, in rubro fungi; quæ omnia ejecta in lapides mutari, partim Theophrastus testis, partim Plinius. Huc pertinet Syringites, qui stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.

Sigism. Schnitzer ad Andr. Libavium Epistola XIV. in cista Med. Hornungi

Coral-

Corallia prope Nidrosiam inveniuntur, Norvegiæ Metropolin, cujus Ecclesiæ Cathedrali in toto orbe Christiano, magnitudine & laborati lapidis artificio par opus non fuisse scribitur.

Benedictus Mazotta Cælestinus

De Mineralibus & subterraneis.

Cap. XI. f. 205.

De Coralio.

CAP. 4. pag. 57.

C*Oralium* lapis est ex terræ herba humido mercuriali compaginatus sub maris ripis sub aquis est molle, & dum extra aquas extrahitur, durescit.

Præparatur sic. Pista ipsum subtiliter, & imbibe super marmorem 25. vicibus cum aqua maris, qualibet vice exsiccando ad solem, postea dissolvatur in loco nimis humido, usque dum foras emanat spiritus tingens, separa spiritum illum, & serva fæces, quas exsicca ad solem; & pista subtiliter, & lava septies cum aqua maris, lavan-

lavando, & exsiccando, & pone in humido usque dum fiat sal, exsicca, & da ei spiritum suum prius evaporatum, & pone postea ad humidum ut solvatur, & fiat rubeum, tunc congela ut sit spissum, & est perfectum, de quo si ponas super vitrum metallorum, reddit illud malleabile, item plumbum, ac stannum convertit in solem.

Antonius Guntherus Billichius

Observationum & Paradoxorum Chymiatricorum.

libro 1. cap. 7. de Anatomia & historia Chimica lapidura fol. 56. & 57.

CAP. 6. pag. 64.

IMperfectæ analyseos paradigmata, in *corallio* prostant, in margaritis, in oculis cancri, in conchis, in cœteris ejusdem gentilitatis. Magno unumquodque acervo vix succi stillaritii momentum dat, salisne quidem atomum elargitur, sed calcem pro sale cretaceam insipidamque toto horreo, suggerit. Quer-

Quercetanus tamen assumpto in exemplum. *Corallio*, absolutæ dissectionis magisterium profitetur *lib. 1. defens. Hermet. Med. cap. 16*. Nec tantum copiosissimum salem nitrosum aut nitrosulfur ex coralliis extrahit, verum etiam ex libra una salis exsiccati, & à menstruo optime separati, vel sex uncias spirituum, vi ignis potest educere, qui facile in liquorem spiritualem flammæ concipiendæ aptum resolvatur. Dicam quod res est. Idem choragus eandem in corallo fabulam, quam jam antea de plumbo egerat, personâ tantum mutatâ, redintegrat: Simili quoque plausu excipiendam. Unam nôris, utramque nôris. Quemadmodum enim dissolvens acidum & acutum nullum ex plumbo salem trahit, sed salem omnem apportat conglutinatq; plumbo, id quod in præcedentibus ostensum est: Ita quoque existimandum est, salem, quem hîc loci Quercetanus jactat, non ex visceribus coralliorum exceptum, sed totum à foris esse, ad venam esse, non indigenam, quem

quâ

quâ promptitudine susceperint, eâ & dimittant corallia. Nam veluti distillatio salem à plumbo repetit, plumbo intacto: Ita quoque corallis valedicit sal adventitius: Ipsa fœcibus elotis, specie subtilis glareolæ revertuntur, non inepta ad novum cum sale matrimonium, si cui animus sit novum ei negotio acetum impendere. Itaque quid quantumve de sale margaritarum, corallorum, & id genus lapidum, deque eorundem liquoribus sentiendum sit palam est ex dictis. Crollius vero vitare omnem errorem potuisset, si perinde de sale Corallorum judicare voluisset, atque de tinctura corallorum pronunciavit. Sed specie rerum deceptus est, arbitratus se *salem red solvendæ* habere, cum tamen *ipsius sit menstrui solventis.* Equidem in margaritis sal candidissimũ scrutatur, ab omni acetositate acri liberũ: At videndũ ei etiam erat, ne cum acetositate acri, ipsum unâ salem perderet. Nam hæc pariter sunt, & cum illa statq; caditque sal. Proinde nec acredinem eluere, salvo sale, potest: nec, demptâ

acre-

acredine, ſervare ſalem. Utrumque ſimul eſt, neutrum ſeorſim.

Hoc unum recte in coralliorum anatomia docuit *Quercetanus*, quod vel citra calcinationem in ſalem redigantur. Idem Crollius explicatius inculcavit: *Cruſtacei*, inquit, *ut ſunt oculi cancri, lapides cipryni, non egent calcinatione: per ſe enim in aceto deſtillato ſolvuntur, ut perlæ & corallia: ſect. de Nephrit.* Non tamen neceſſaria eſt eorundem comminutio in pulverem, quam requirit *Quercetanus*: Quoniam integra, ſponte ſua, ſicuti unco Cleopatræ, extabeſcunt aſperitate aceti. Nec vero magna eorum pars, quod idem *Quercet.* Voluit, ſed tota ſubſtantia in ſalem abit & convertitur. Sal autem quam facile calore induruit, tam prompte iterum in cellâ gelida liquefit, perpetua dureſcendi liqueſcendique viciſſitudine, qua per ſalis ſocii præſentiam lapides gaudent: per abſentiam, carent. Lapides, inquam, non tantum hi, quos *cruſtaceos* Crollii nominat, noſque imperfectæ anatomiæ ſubjecimus; verum etiam quos *ſiliceos*

idem

idem vocat, gemmæ, rubinus, granatus, hyacunthus, topasius, amethystus, crystallus, & cæteri de genere hoc, cum quibus perpetua anatomiæ pax est. Hi quum nativos liquores & salem ingenitum invideant nobis, adscititio succo mania anatomes simulacra cient, non sine præviâ calcinatione. Quæ solo sale nitro commodum perficitur, ne opus sit cum Crollio imitari Medeam, quæ,

Terque senem flammis ter aquâ, ter sulfure lustrat,

Esto autem nitri pondus ad lapides non par atque æquale ex præcepto Crollii, sed triplum aut quadruplum. Nitro in pollicem extrito ad amissim lapides misceantur. Fuso demum concrematoque in totum nitro abluantur & siccentur, habiles jam neque indigni, quos favente genio, vel acetum, vel alius quispiam familiaris liquor maritet.

Idem libro 2. cap. 7. de Medicina ex lapidibus.

Crollius sali coralliorum eam vim & naturam assignat, ut sanguinem in universo corpore sic mundificet & renovet, ut in omnibus morbis & affectionibus ex sanguine corrupto ortum ducentibus, breve intra tempus sublatis & sanatis, corpori velut redintegrato alacris pristinæ sanitatis vigor restituatur, cor spiritusque vitales roborentur, stomachus & calidum innatum confortetur. Et quis nugarum modus, quis finis? *Lacon* apud *Plutarchum* lusciniam implumem conspicatus, *Ita me Dî ament*, exclamavit, *nil nisi vox es*. Potuisset idem judicare de spermologo nostro, qui instar spectri Virgiliani,

Dat sine mente sonos, dat cassa & inania verba.

Ioan-

Joannes Zvelfer

Animadverſ. in Pharmacop. Auguſt. de ſalibus pag.456.

S*Al Coralliorum*, quod ex calcinatis cum Sulphure Coralliis elicitur, ſe habet in modum ſolutionis eorundem, cum aliquo ſpirituum corroſivorum confectæ: Nam *ſpiritus ſulphuris*, dum ſulphur in calcinatione defl[illegible]at, ſolvit & rodit *Corallia*, ut poſtmodum affuſa aqua *Sal ipſorum* extrahi queat. De cæteris autem *Coralliorum* violentis calcinationibus non aliter ſentio, quam quod meræ deſtructoriæ ſint eorum *Eſſentiæ* & virtutum. Inſuper ſatis mirari nequeo, quod etiam inter Viros doctos, qui apicem Chymiæ digito tetigiſſe ſibi imaginantur, reperiantur, qui aſſerere auſint, *Corallia* mediante violenta calcinatione ſpatio aliquot dierum eo reduci poſſe, ut prius in albedinem, poſtea in flavedinem, tandem in rube-

dinem convertantur, ex quibus tandem *Tincturam* eorum elicere in facili ſit: Quæ ſpecioſa verba & aurea promiſſa me & alios plures illexere in diſpendium, nec parum defraudarunt, quippe qui nihil hac violenta & diuturna calcinatione ex *Coralliis* adeptus ſum, præter calcem vivam acerrimam, vix ullo ſigno ab alia calce viva diſcrepantem.

Zvelfer ibid. de Tinct[illegible]
pag. 439.
CAP. 8. pag. 70.

NUllus fere qui à limine ſaltem Chymiam ſalutavit, eſt, qui non de ſingulari aliqua *Coralliorum Tincturæ* præparatione glorietur, & inſigniter ſe jactet, ſi autem paulo penitus omnes illos proceſſus dictæ Tincturæ præparandæ perluſtro, invenio iſtos nullam plane prærogativam habere præ Martis, (de qua paulo ante egimus) aut aliorum *Metallorum Tincturis aut*

Eſſen-

Essentiis vulgò dictis. Nimirum meræ *solutiones Coralliorum* sunt, non extractiones, facili negotio per præcipitationem beneficio *Salium* vel *Spiritum mineralium acidarum* in pulverem album, quem Magisterium vocant, vel per abstractionem menstrui, destillando vel evaporando, in *pulverem salinum* similiter album, & in quovis liquore (exceptis *Spiritibus ardentibus*,) resolubilem, quem *Salem vel solutionem Coralliorum nuncupant*, redigibiles. Consistit autem sola differentia *illarum Tincturarum* in diversitate *menstruorum vel liquorum*, quibus *Corallia* extrahuntur vel solvuntur, & prout *menstruum affusum* variat, ita etiam magis minusve efficaces sunt putatitiæ *illæ Coralliorum Tincturæ.* Itaque si medicamina salubriora ex *Coralliis* conficere animus est, non tam ad rubedinem vel tincturam, utpote quæ in illis valde volatilis, inconstanus & fraudulenta est, & sæpenumero ex sola digestione affusi liquoris oritur, aut

prior & propria vel nativa annihilatur, respiciendum est, quam ad *menstrua solventia*, quippe quæ per se efficacia pro conditione morbi & ægroti eligi & adhiberi debent. Quorum præcipua sunt, *Spiritus Veneris*, peculiari artificio ex *Venere essensificata* destillatus & rectificatus, cujus solutio longe diversa est ab aliis *corrosivis aquis aut spiritibus*, qui solvendo in quid alienum à sua natura transmutantur; quod in hoc *laudabili spiritu* non evenit, sed integris viribus à re soluta abstrahi, & ad alios consimiles usus adaptari potest. Item *spiritus ex Tartaro*, *Nitro*, *& Antimonio*, *sive aqua Stöimmi Tartarea Schroderi*: Nec non *menstruum* quod plures in secretis habent ex *Vitriolo* & Tartaro paratum, & similia alia, quorum non pauca colligit Clarissimus Schröderus *lib. 3. Pharm. med. Chym. cap. 6. pag. 337. & seq.* In defectu autem similium solutionum, cum *enumeratis menstruis* confectarum consultum esset, ut vel *Corallia*

ipsis

ipsis super Porphyrite subtiissime tritis aut lævigatis, vel *solutione* eorundem cum *aceto* vel *succo* Berberum paratâ contenti essemus, nec tam ingentibus torturis, tamque fastidiosis laboribus, maxime vero tot varis violentisque calcinationibus, ceu quibus ea destruimus potius, quàm ut boni tantillum ex ipsis eliciamus, pro *Tinctura* (quæ tamen vera & gennina in hunc usque diem à me nec dua visa est, ut omnia examina sustineat;) extorquenda, *Corallia* subjiceremus.

Guernerus Rolfincius

Ord. & Method. medic. special. lib. 8. sect. 2. cap. 11. pag. 713.

IMmaturum venditur corallium, ad contactum molle, aspergine rubra virgultis quibusdam adhærens. Cum lucri amor spargeret, ditiorem tin-

tincturam in his hoſpitari, caro fuit venditum pretio. Sed hoc credunt illi, quos gloria vexat inanis. *Non ſatis eſt iſtos hoc uno dicere verbo.*

DEO GRATIAS.



